

INCIPIT BREVIS  
TRACTATUS PRO INSTRUCTIONE  
ne Evangelici Prædicatoris, in quo continentur val-  
de salutiferæ aquæ, ad irrigandum Paradisum Do-  
mini, id est, Ecclesiam Christi, lignaque pomifera,  
id est, Prædicatores Euāgelicos (quorum Prædica-  
tionibus quasi fructibus populi pascuntur) conti-  
nentur etiam multæ Margaritæ pretiosæ, ad or-  
namentum Sponsæ Christi, cuius ornatui  
Prædicatores per maximè inten-  
dere debent.

AD DOMINVM IESVM CHRISTVM, ET  
ad eius Sacratissimam Matrem Virginem Mariam, & Bea-  
tissimum Ioannem Euangelistam consecratus.

AVTHORE MAGISTRO FRANCISCO ALPHONSO  
Covarrubias, Diœcesis Burgensis de Contreras  
Curato.


Anno



1650.

CVM PRIVILEGIO.

Matriti ex Typographia Dominici Garcia & Morràs.



DEDICATIO HVIVS OPE-  
ris ad Christum Iesum, & eius Sacratissimam  
Matrem, & Beatissimum Ioannem  
Euangelistam consecrata  
incipit.

**S**olent, qui egregia volumina suorum la-  
borum in lucem edere cupiunt, aliquam  
personam (præ oculis habendo) eligere,  
vel sapientia fulgentem, vel potentia sublimē, vel  
bonitate præditam, & virtute, ut suorum laborū  
thesaurus illius potentia protegatur, eius sapientia  
dirigatur, sua virtute, & bonitate honoretur. Hoc  
enim faciunt, quia sibi utile videtur, & bonum.  
Mibi autem in præsentis operis conatu, adherere ti-  
bi (dulcissime Iesu) bonū est, & ponere in te Deo meo **Psalm. 71.**  
omnem spem meam, ut annuntiem omnes prædica-  
tiones tuas in portis filiae Sion. Si alij propter sapiē-  
tiam eliguntur, quis te sapientior? Qui es sapientia  
Patris, nostra redemptio, & iustificatio. Omnia in sa-  
pientia (quæ tu essentialiter es) fecisti, ait Propheta  
Regius cum Patre loquens æterno. Tu es, in quo re-  
conditi sunt thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei. Tu  
Creator omnium inefabilis, qui de thesauris sapien-  
tiæ tuæ tres Angelorum Hierarchias annotasti. At-

S. Petrus  
Chrysolog.

que uniuersi partes elegantissime tribuisti. Tu uerus Sol, & supereminens principium. Tu Verbum Diuinum, infinitam sapientiam c. audens, & rerum omnium cognitionem exactissimam complectens, & sapientiam omnem, quae in Angelis reperitur, & hominibus, uelut fons indeficiens effundens. Tu denique solus Verbum, scientiae fons, dicendi flumen, qui omnium corda rigas, sensus aperis, ingenia dilatas.

Ad Hebr. 1.

Si propter potentiam alij eliguntur, quae potentia infinitae potentiae tuae ualeat comparari. Qui caelum, & terram, & omnia, quae caeli ambitu continentur, ex nihilo creasti. Qui portas omnia. Verbo uirtutis tuae. Qui tribus digitis, sapientiae, potentiae, & prouidentiae tuae, appendis molem terrae. Tam potens, qui conturbas profundum maris, & sonum fluctuum eius. Et respicis terram, & facis eam tremere, montesque tangis, & fumigare facis. Nam a facie tua mota est terra, mare fugit, & Iordanis conuersus est retrorsum. Tam admirabilis, quod tu dominaris potestati maris, & uenti, & mare obediunt tibi. Tam fortis, quod terram pugillo contices, & palmo ponderas caelos. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Qui auferis spiritum Principum, terribilis apud Reges terrae.

Isaias 40.

Si propter bonitatem alij commendantur. Tu es totius bonitatis fons, & uirtutis, & nemo bonus, nisi Deus (qui tu essentialiter es, & super omnia benedictus.) Tu Deus omnipotens, & misericors, cuius

natura bonitas, cuius potentia voluntas, cuius opus  
misericordia. Quoniam tu Domine suavis, & mitis, **S. Leo Pa-**  
& multae misericordiae inuocantibus te. Tu propter **pa.**  
bonitatis tuae abundantiam disimulas peccata homi-  
num propter poenitentiam. Tu solus benignus, pius,  
& misericors, & prestabilis super peccatorum mali-  
tiam. Valde pius, multum misericors dimittere pec-  
cata nostra. Mihi (ut dixi) bonum est, & honorifi-  
cum in te solo. Deo meo, spem ponere meam: et haec  
ingenioli mei lucubracionoula, tua protegatur po-  
tentia, tua sapientia dirigatur, tua bonitate, & vir-  
tute honoretur.

Hanc (inquam) laboris mei vigiliam tibi Domi-  
ne reddo, tibi committo. Quia quae de manu tua ac-  
cepimus Domine, reddimus tibi. Timeo valde, si  
quid mihi arrogauero, ne auribus meis tuba illa ele-  
cta terrendo personet. Quid habes quod non accipi-  
sti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acce-  
peris? Si non sumus sufficientes aliquid cogitare ex  
nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.  
Si non sumus sufficientes cogitare, minus dicere, mi-  
nus praedicare, minus operari. Quia sicut melifluus  
Bernardus à te edoctus nos docet dicens, fidelis

**S. Bernardus.**

reuera famulus es, si de multa gloria Domini tui, &  
si non exeunte de te, tamen praeter eunte per te, nihil  
manibus tuis adherere contingat, tunc iuxta Pro-  
phetam excutis manus tuas ab omni munere. Tunc lux  
tua luceat coram hominibus, ut glorificent, non te, sed

**Pa-**

S. Gregor.

Patrem tuum, qui in caelis est. Beatus est ergo, qui excutit manus suas ab omni munere cordis, oris, & operis. Munus à corde (ait sanctus Gregorius) est capta gratia à cogitatione, munus ab ore est gloria perfectionis, munus à manu est munus per dationē. Sed iustus quisque ab omni munere manus excutit, quia in eo quod rectè agit, nec ab humano corde vanam gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu dationem recipere quærit. Solus in Dei opere fraudem non facit, qui cum ad studium bonæ actionis inuigilat, nec ad corporalis vitæ premia, nec ad laudis verba, nec ad humanam iudicij gratiam anhelat. Ita Gregorius.

Galphrid.

Ideo Regius Propheta à te edoctus humilitatis magisterium mysticè prædicens clamat ad locū, unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Tu es Domine locus, immo fons ascendens de terra illa mille benedictionibus, benedicta quæ te dedit nobis benedictum fructum, ascendens ad irriganda ligna Paradisi, & Ecclesiæ tuæ, qui in quatuor flumina divideris, dum per quatuor Euangelistas prædicaris, qui quasi alter oceanus infinite capacitatis per secreta, & inuisibilia tuæ providentiæ loca tuorum corda fidelium riuos tuæ sapientiæ immittendo irrigas, & secundas, ut torrēte voluptatis tuæ potati, & ubertate domus tuæ, id est, sacrosanctæ humanitatis tuæ inebriati, per gemmas bonarum intentionum erūpant, per bonas voluntates florescant, per bonas operationes fructificent. Et

S. Chrsost.

Et sic Paradisus Ecclesie tue irrigatur, & fecundatur, in tua bonitate cōfido, quod Paradisi tui ligna pomifera, id est, Prædicatores Euangelij tui (quorum prædicationibus, quasi fructibus populi pascuntur) istis riuulis irigabuntur, & aquis replebuntur: irigabuntur, quia à te exeunt, replebuntur quia tui sunt, & à te dimanant. Et ut verbis serui tui Augustini utar, tu Domine serui tui visitaſti animum, excitasti affectum, auxilium subrogasti, inspirasti adhuc nolenti, ut vellet, adiunxisti bonæ voluntatis conatus, ut faceret. Et qui in seruis tuis operaris, & velle, & perficere: hæc omnia, quæ ipse cepisti, ipse, & perficies. Et quia omnia bona in conspectu tuo nunquam esse permittis inania: seruis tuis, quibus præbes virtutis tuæ fauorem, tribuis etiam pro tanta operatione mercedem.

S. August.  
serm. 156.  
de Temp.

Sed quid facio quibus immoror? Quomodo tui obliuiscor, Beatissima Maria, Virgo Dei Mater, cælorum Regina, Domina Angelorum, Ecclesie sanctæ decus, gloria, & firmamentum, unica spes mortaliū, quo modo in tanti argumenti ad te nō confugio? Siquidem Beatus Bernardus misteriorum cælestium Doctor egregius, & tuarum laudum Prædicator eximius nobis proclamat dicens, quidquid offerre paras Marie commendare memento. Et maxime cum tu Virgo semper Beata, sis aqueductus cælestis, & fistula aurea, per quam à capite Christo cuiusdam fonte bonorum gratiæ omnes ad nos deriuantur, quia ut

S. Chrysost.

S. Bernard.

idem.

idem Doctor dicit, nihil decreuit dare, nisi per Mariam, nihil gratiae, nihil gloriae, nihil virtutis, & meriti, nihil sapientiae, & scientiae in Angelis reperitur, & hominibus, quod non per manuum tuarum dationem ad nos perueniat, & influat, quia ad quandam quasi equalitatem diuinam, est eleuata per quandam infinitatem gratiarum, & donorum, quam nulla Angelorum creatura, nec hominum unquam experta fuit. Ideo à Prophetis collum Ecclesiae diceris pulcherrimum, omnium gratiarum, & donorum cum illis praefulgens, quia mille clypei pendent ex te, omnis armatura fortium, caelesti capiti Christo coniunctissimum, per quod caelestium donorum immisiones ad nos dilabuntur, & in te Beatissima, nostrorum est expectatio praemiorum, accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus.

S. Augustin.

Ernaldus  
elegantè,  
& deuotè.

Memor sum etiam tui sanctissime Ioannes plus Apostolis omnibus, à Christo dilectus, & cunctis altius praerilegijs singularibus honoratus, illius crucis sacrificij dignissimus speculator, tormenta omnia, quae Christus in corpore patiebatur, in cordis tui penetralibus, sustinens, ubi non est passus Christus, ut Iudaica rabies in sanctuarium suum prophanam mitteret manum, aut aliqua infestatione violaretur templum illud Spiritus Sancti sacrarium, sed tu, ut fidelis edituus possitus es, ad tanti thesauri custodiam, ut qui in caena Dominica cervical tibi in Magistri pectore aptaueras. Ecce alio singularissimo praerilegio

gio honoraris, Verbo filij. Matris filius factus, & post illud reclinatorium, in quo videras in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum sacrarium illud, in quo Verbum caro factum est, diligenter tibi commendatur. Petro comendatur Ecclesia, tibi Maria, quae cunctae praestat Ecclesiae, illi tumultuosa negotia, tibi negotia, sed quietata: illi atria, vestibulum, & altare sanguinum, tibi committitur, altare incensum, & Sancta Sanctorum, ad culmen ministerij tui, nullus te cum admittitur, solus illi Propitiatorio assistis, solus ibi vas aureum continens Mandatum divinum. Illud divinae legis scrinium Pontifex assignatus observas, & ut finem complectar cum Regio Prophetarum dicam, posui adiutorium meum super potentem, tu Christe sancte es, Rex magnus super omnes Reges terre, qui in foemore scripturae habes, Rex Regum, & Dominus Dominantium. Tu gloriosa Mater potens es, quia Sanctorum Prophetarum Mater, Regina caelorum Domina Angelorum, & in Israel potestas tua. Tu sanctissime Ioannes, etiam potens es, quia Sanctorum Prophetarum, & Apostolorum eximius, videam, audiam experiar. Quod Propheta subdit dicens: Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Auxilietur mihi Domine manus tua, confortetur me brachium tuum ad hoc opus in finem debitum adducendum. Iam ergo caelestem quadrigam qua currendum est ad patriam intueor, ut per Ioannem ad Matrem, per Matrem

Psalm. 88.

Ecclesiast.

24.

Psalm. 88.

Ernaaldus.

ad Filium, per Filium ad Patrem pœnitētis affectus;  
& huius operis desiderium attingere possit, & in hoc  
ferculo quod nos ab hoc sæculo euehit; tu Beate Ioan-  
nes sis columna argentea. Tu Virgo gloriosa ascensus  
purpureus. Et Filius, media charitas, reclinatorium  
aureum, visio Patris in decore suo, & æternæ pacis  
iucunda tranquillitas. Ad quam nos perducatur, &c.

Humillimus seruus tuus.

Magister Franciscus Alphonsus  
Covarrubias.

Ego nouissimus omnium euigilauit, & quasi qui colligit  
acinos post vindemiatores, in benedictione Dei, & ipse  
speraui, & quasi qui vindemiat, repleui torcular. Respi-  
cite quoniam non mihi soli laboraui, sed & omnibus ex-  
quirentibus disciplinam. Audite me magnati, &  
Restores Ecclesiæ auribus percipite,  
Ecclesiastici 33.

*Suma del Privilegio.*

**T**iene privilegio por tiempo de diez años el Maestro Francisco Alonso Couarruias para imprimir este libro intitulado, Instruccion de Predicadores Euangelicos, como consta de su original despachado en diez de Abril de mil y seiscientos y cinquenta.

---

*Suma de la Tassa.*

**L**os señores del Consejo tassaron este libro intitulado, Instruccion de Predicadores Euangelicos, a quatro maravedis cada pliego, como consta de su original despachado en el oficio de don Joseph de Arteaga y Cañizares, Escriuano de Camara de su Magestad, su fecha en Madrid à dos dias del mes de Agosto de mil y seiscientos y cinquenta años.

# ERRATAS.

Fol. 2. lin. 13. testamenta, testamenta.

Fol. 11. amatrix, amatrix.

Folio 12. linea 35. quo, lege quod.

Fol. 14. lin. 4. dictione, lege distinctione.

Fol. 19. lin. 1. qualitati, lege qualitatis.

Fol. 20. lin. 12. multiplicanter, lege multiplicantur.

Fol. 23. lin. 23. cordis, lege cordi.

Fol. 26. lin. 11. & auxilium, lege & ad superest.

Fol. 30. B. lin. 24. fructu, lege fructus.

Fol. 49. lin. 24. habiamus, lege abeamus.

Fol. 51. B. lin. 2. Prædicatores, lege Prædicatoris.

Fol. 62. lin. 8. sapientiæ, lege sapientia.

Fol. 68. lin. 16. dedes, lege debes.

Fol. 75. lin. 10. mite, lege miter.

Fol. 79. lin. 29. nutris, lege nostri.

Fol. 95. lin. 9. serus Simonis, lege socrus Simonis.

Hic liber inscriptus, Instructio Prædicatoris Evangelici, &c. suo exemplari fideliter respondet. Dat. Matrit. die 18. mens. Iulij, ann. 1650.

Lic. D. *Carlus Murcia*  
*de la Llana.*

APRO.

# APROVACION DE L DOCTOR

*Don Pedro de Arguez.*

**D**E orden, y comission de los señores Prouisores deste Arçobispado de Burgos, he visto, y leido vn tratado, q̄ se intitula *Instruccion de Predicadores Euangelicos*, escrito por el Maestro Francisco Alonso de Couaruias, en el qual no he hallado cosa alguna contraria, y que desdiga à nuestra santa Fè Catolica, y buenas costúbres, antes el Autor muestra mucha erudicion, y doctrina, y en el describe las prendas que se requieren para vn Orador Euangelico, y cō ser el assunto tã dificultoso le prueua con erudicion: y assi me parece que la obra es tan merecedora de darse a la estampa, como su Autor de comun agradecimiento por tan lucido trabajo. En Burgos à 25. de Otubre de 1647.

*Doct. D. Pedro de Arguez.*

*Licencia del Ordinario.*

**N**Os los Prouisores en todo el Arçobispado de Burgos por el Ilustrissimo señor don Francisco Manso de Zuñiga, Arçobispo del dicho Arçobispado, del Consejo de su Magestad, &c. Por la presente por lo q̄ à nos toca aprouamos este tratado, q̄ se intitula, Instruccion de Predicadores Euan-gelicos, compuesto por el Maestro Francisco Alonso de Couarruias, Presbitero, Cura y Beneficiado en el lugar de Contreras desta Diocesis, y damos licencia para que se pueda imprimir (teniendola primero para ello de los señores del Consejo supremo de su Magestad) atento ha sido visto, y examinado por nuestro mandado, y no tiene cosa cõtra la Fè, ni buenas costũbres, antes serà de mucha utilidad, y prouecho. Dada en la ciudad de Burgos a 26. de Otubre de 1647. años.

*Lic. D. Pedro Manso  
y Zuñiga.*

Por mãdado de su S. I. el Arçobispo mi señor

El Lic. Juan de Sarachaga Landa  
Secretario.

AP.

APPROBATIO REVERENDIS. P. M.  
Fr. Petri Iañez, Primariæ Cathedræ Theologiæ,  
Complutensis Professoris, Supremi Senatus In-  
quisitionis Calificatoris, Prædicatoris Re-  
gij, & Prioris Sancti Thomæ  
Matritensis.

**D**E mandato Supremi Senatus, quâ potui diligentia, & at-  
tentione perlegi hunc librum, cuius titulus est. *Instrucción  
de Predicadores Evangelicos, compuesto por el Maestro Fran-  
cisco Alonso Couarruuias, Cura de la Villa de Contreras*, ni-  
hilque in eo Fidei Catholicæ, aut bonis moribus dissonum inueni,  
immô omnia secundum litteralem, ac mysticum sensum ita accuratè,  
& eruditè pertractata Sanctorum Patrum dictis sententijsque refer-  
ta, nouisq; quibus quam conceptibus condecoratâ, vt in maximum  
Concionatorum omnium commodum, & vtilitatem, aliorumquè  
omnium Sacrarum Litterarum studio incumbentium profectum ver-  
tendum esse pro certo habeam. In quo palam ostēditur sana Authoris  
intentio prædicationis, zelus, & affectus, continuum Sacrarum Litte-  
rarum studium, ac indefessus labor. Quapropter dignum, & perutile  
censeo, vt statim typis mādetur. Datum Matriti in Conuentu San-  
cti Thomæ die 8. Aprilis, Anni 1650.

*P. Maestro F. Pedro Iañez*

*Nomina Sanctorum Doctorum, quorum selecta doctrina hic liber sit,  
pretiosior, acceptabilior, & illustrior, sunt, qua sequuntur.*

Sanctus Chrysostomus.	Magister Lyranus.
Sanctus Gregorius Papa.	Iacobus de Valencia.
Sanctus Ambrosius.	Ioannes Vitalis Cardinalis.
Sanctus Augustinus.	Sanctus Antonius Florenti- nus.
Sanctus Hieronymus.	Sanctus Abbas Isaac.
Sanctus Bernardus.	Deuotus Abbas Galfridus.
Sanctus Thomas de Aquino.	Adam de Perfenia.
Sanctus Franciscus Seraphicus.	Alfredus.
Sanctus Bonaventura.	Casianus.
Sanctus Hilarius.	Erualdus.
Sanctus Isidorus Hispaniarum Doctor.	Stephanus Abbas.
Sanctus Anselmus.	Sanctus Chrysologus.
Sanctus Dionysius Areopagita.	Baldwinus.
Sanctus Thomas à Villanova.	Radulphus.
Hugo de Sancto Victore.	V Vericus.
Hugo Cardinalis.	Origenes.
Richardus.	Hector Pintus.
Cassiodorus elegans.	Sanctus Vincentius Ferrer.
Glossa ordinaria.	Sanctus Ioannes Damascenus.
Glossa Interlinealis.	Sanctus Basilius.

Et quia sacri Doctores, in sententijs, & Authoritatibus, que in his capitibus continentur, tam apte, tam apte, tam acriter, & terribiliter locuti sunt, non solum authoritates eorum, sed loca, & vbi sunt dicta, circumspectione attenta descripsi. Consilium Spiritus Sancti amplectens, qui dicit, super mensam magnam sedisti, non aperias super illam faucem tuam prior. Mensa magna est, copia Scripturarum sanctorum, in qua non debemus esse procaces, vt aliquid sine Doctore rapiamus, sed Sanctorum Doctorum viam teneamus. Procax iure iudicaret, si in re tam graui, & tanti momenti argumento, sine luce præuia, & fundamento sanctorum Doctorum, pedem mouere, & linguam aperire auderem. *Ecclesiastici 31. Glossa ordinaria ibi.*

# ARGUMENTVM HVIVS operis ad Lectorem.



Magnū est prædicationis Euangelicæ magisterium (candide Lector) magnū, & sublime sacramentum animæ suscitatio, quæ fit per verbum vitæ. Ideo magna cum animi puritate, & sanctitate est ministrandum, quod Christus Dominus docet dicens: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos* - Sicut misit me Pater Deus Deum, ita ego mitto vos homo homines. Pater me misit ad mundum redimendum, & Euangelium mundo prædicandum, sed plenam gratiæ, & veritatis. Ego mitto vos ad Euangelium mundo prædicandum, sed repletos Spiritu Sancto, & donis eius imbutos. Nam aliter verbum Dei annuntiare, præsumptuosum est, & temerarium, cū quanta puritate, & sanctitate tractas Corpus Christi, cum tanta debes tractare verbum eius, ait sanctus Augustinus: Interrogo vos fratres, ait, & dicite mihi quod vobis videtur plus esse verbum Dei, aut Corpus Christi? Si verum vultis respondere hoc utique debetis dicere, quod non sit minus verbum Dei, quam Corpus Christi; nam sicut Christus omnipotens est, ita & Verbum eius omnipotens est, & potestate plenum. Et sicut Christus suscitatur mortuos, generat viuos, sanat ægros conseruat sanos, pios oblectat, reuocat impios, illuminat cæcos, tepidos accendit consolatur merentes, desperantes confirmat, famelicos satiat, sitientes refrigerat: ita verbum eius similes effectus in hominibus causat. Audiat illud peccator, & conturbabitur venter eius, & à voce eius anima carnalis contremiscet, omnia namque cordis intima rimatur sermo Dei viuos, & efficax. Vnde si mortuus es, & in peccatis, si audieris vocem Dei, viues. Si cor tuum induratum est, emittet verbū suum, & liquefaciet illud. Si tepidus es, & euomi iam formidas, nō discedas ab eloquio Dei, & inflammabit te, quia ignitum eloquium tuū vehementer. Si tenebras ignorantie plangis, erit lucerna pedibus tuis, & lumen semitis tuis. Si immanus videris, illum lege, vel audi, vt inter Apostolos mercaris

S. Gregor.

S. August.

S. Bernard.  
deuote profec-  
quitur.

au dire, iam mundi estis propter sermonē, quem locutus sum vobis. Si consistant aduersus te castra, & praelium tē-  
tationis insurgat, arripe gladium spiritus, quod est ver-  
bum Dei, & in eo facile triumphabis. Quod si vt est certa-  
minis, in eo vulnerati contingat mittet verbum suum, &  
sanabit te, & eripiet te de interitionibus tuis. Quod si si-  
tubas, clama, & confitere, mei autē moti sunt pedes, & in  
verbis suis confirmabit te, vt experimento dicas, verbo  
Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis vir-  
tus eorum. Hæc Bernardus.

*Nota.*

Quod si tā multiplices effectus causat, quomodo (cha-  
rissimi) toties hominibus prædicatum tam exigū referre  
fructum. Si lumen est quomodo tantas hominum tenebras  
non excutit? si vita est, quomodo in peccatis mortui nō  
resurgunt? Si vinum est germinans virgines, quomodo  
cœlestium rerū commemoratione non rapimur, & oble-  
scamur? Si medicina est, quomodo tot malorum morbis  
iacemus oppressi? Nam omne caput languidum, & omne  
cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem capitis non  
est sanitas in nobis? Si gladius, quomodo prauas cupidi-  
tates, & noxias voluptates à nobis non abscindit? Si ma-  
leus conterens petras dicitur, quomodo cordis nostri du-  
ritia, tot eius ictibus percussa non frangitur? Si ignis cur  
corda nostra in Dei, & proximi amore algent? Si deni-  
que semen est, cur toties iactum in terra cordis nostri,  
vix vllam sanctitatis fructum refert? Hæc plane res ad-  
miratione dignissima est, & indagazione.

Multos video respondentes, ex auditorum culpa hoc  
provenire, quia in omni actione, tam naturali, quam spi-  
rituali, duo dicunt esse necessaria. Alterum quod agat,  
quod patiatur alterum, in agente virtutem esse ad agen-  
dum, in patiente dispositionem ad recipiendam: nā actus  
actiuorum, sunt in patiente dispositi. Fateor fratres, hoc  
ita esse, & ex magna subditorum culpa provenire, sed ex  
maiori, & maxima Prædicatorum culpa resultare, vt ver-  
bum Dei tam mirificos effectus non operetur. Surfum  
corda leuemus, & attendamus quid spiritus dicat Eccle-  
sias: spiritus ille, qui vbi vult spirat, & quomodo, & quā-  
do vult. Spiritus inquam ille, qui est lumen cordium, qui

est daror munerū, sine cuius numine nihil est in homine:  
& apparebit clare, hoc ex parte prædicantium per maxi-  
mè provenire.

Dicit enim per os David: *Peccatori autē dixit Deus, Psalm. 39.*  
*quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum*  
*meum per os tuum.* Quare tu cum sis peccator, enarras iu-  
sticias meas, id est, meas virtutes, mea mysteria divina,  
cum sis arrogans, & superbus, prædicas meam humilita- *S. Chrysost.*  
tem, cum sis immundus meam puritatem, cum sis sæculi  
voluptatibus implicatus, annuntias mea mysteria, quæ  
excelsum requirunt animum, quia sic enarrando (vt san-  
ctus Chrysostomus ait) non aliū doces, sed te ipsum con-  
demnas, & plus in Ecclesia Dei derisioni deseruis, quàm  
ædificationi.

Time ergo illud verbum in te prolatum: *Hypocrita Matth. 6.*  
*eiice primū trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere*  
*festucam de oculo fratris tui.* Trabs odij, invidiæ, & vanæ *S. August.*  
gloriæ, simulationis, & totius malitiæ (ait sanctus Augu- *in Glossa.*  
stinus) reiicienda est prius, vt sic misericorditer respectu  
Dei, fratrem liberè possimus increpare, vt siue profit il-  
li nostra correctio, siue non, nos tamè de simplicitate cor-  
dis nostri simus securi. Quia non benè oculus maculam in  
alio videt, quem pulvis grauat, nec manus sordes terge-  
re valet, quæ lutum tenet. Vide ergo, ne lumen quod in  
te est tenebrę sint, vide ne lumen Euāgelicum, quod præ-  
dicas tuis peccatis obrenebrescas, quia sic non poteris  
illuminare his, qui in tenebris sedent, nec aptus eris ad  
dirigendos pedes eorum in viam pacis.

Vnde charissimi provenit, quod tot sunt quotidie ser- *S. Vincent.*  
mones, tot Prædicatores, & tam parvus, vel nullus se- *Ferrer.*  
quatur fructus? Quia non omnes, qui suggestum ascen-  
dunt à Deo mittuntur. Non spiritu Dei aguntur, sed  
spiritu mundi mouentur. Non gloriam Dei, & animarum  
salutem quærentes, sed suam scientiam ostentantes. Præ-  
dicant, non vt audientes compungant (ait sanctus Vincē-  
tium Ferrer) sed vt ipsi sapientiores, & famosiores Præ-  
dicatores appareant.

De hoc miratur sanctus Chrysostomus sic dicens: si  
duodecim homines totam orbis farinam fermentarunt,

*S. Chrysost.  
homil. 47. in  
Matth. 10.  
2.*

diligenter animo versa, quanta sit nostra malignitas, qui cum iam innumeri sumus, has gētium reliquias conuertere non possumus, qui vel mille mandis satisfacere deberemus. Sed Apostolos illos fuisse dices? quid ad rem? nonne tecum eiusdem nature fuerunt? nonne cum hominibus conuersantur artes professi eiusdem rebus nuntii. Aut forte credis Angelos fuisse natura, aut de cælo lapsos? non iniquos? sed signis rutilabant? non utique illi propterea claruerunt, quid igitur fuit, quod illos claros effecit? certos, & non simulatus gloriæ, & pecuniæ contemptus, & quia nullam harum rerum secularium curam habebāt. Nam si hæc habuissent, & passionibus sicut nos deseruissent, etiam si mortuos suscitassent, non solum nihil utilitatis fecissent, sed seductorum nomen non efugissent. Viuendi ergo disciplina est, quæ ubique fulget, quæ spiritus etiam gratia attrahit. Hæc sanctus Doctor.

*S. Vincent.  
Ferrer ser.  
de sanctis  
Philippo,  
& Iacoba.*

Hoc idem confirmat sanctus Vincentius Ferrer dicens: Tria habebant Apostoli. Primo doctrinam celestem, non poetarum condemnatorum. Secundo, vitam spirituales, non enim curabant de rebus huius mundi, non quaerebāt pecunias, dignitates officia, nec delicias, imo magnas faciebant penitentias, corpus ieiunio, & disciplinis macerantes, solum Dei gloriam, & animarum conuersionem curantes. Tertio, miracula quæ faciebant, sic enim mundum conuerterunt. Nos vero non Euangeliū, sed Virgiliū pro maiori parte prædicamus, & iam æscimus prædicare, nisi pro uacitate, ut videamur, & laudemur, ut sapientiores, & famosiores habeamur, prædicamus pro pecunijs augendis, & familiaritatis contrahendis, omnibus uirtutibus quasi miraculis carentes. Hæc sanctus Doctor.

*Matth. 5.  
S. Gregor.  
homil. 18. in  
Euang.*

*Vos estis sal terra.* Ait Christus, quod si sal euauerit, in quo salietur? ubi Gregorius, quid animas hominum, nisi cibum Domini dixerimus, quæ ad hoc sunt conditæ, ut in eius corpore traiciantur, sed huius cibi condimentum, nos esse debemus, sed quia dum nos ab orationis, & eruditionis sanctæ aliarumque uirtutum usu cessamus, sal infatuatum est, condiri non ualet cibus Dei, atque idcirco ab authore non sumitur, quia exigente fatuitate nostra minime conditur,

Non

Non vides? quomodo Scriptura sacra sanctorum Do-  
 ctores omnes pariter proclamant, maximam esse Præ-  
 dicatorum culpam, ut verbum Dei, suos mirabiles effe-  
 ctus in subditorum cordibus non operentur? & ut cui-  
 dentius videas attende quatuor causas in Petri pesca-  
 tione mysticè præfigatas. Prima ibi: *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Illi Prædicatores in  
 mari huius mundi rete Evangelicum mittunt in nocte,  
 qui non habent lumen sacræ Scripturæ, sed sunt in tene-  
 bris ignorantie, vel culpe, de quibus sanctus Paulus ait:  
*Volentes esse legis Doctores, & non intelligentes, neque  
 quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Nota legis  
 Doctores, cum non fuerint sufficientes discipuli. Non  
 intelligentes, quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.  
 Quia si de humilitate, castitate, & mundi contemptu lo-  
 quuntur, de illis enim loquuntur, aliquatè notitiã præ-  
 liuantes, non viam, & possessionem illarum virtutum ha-  
 bentes. Secundo, quis rete Evangelicum mittunt in lo-  
 co infimo, ilico Christus dicit Petro: *Descende in altum.* Lo-  
 cus infimus est terra, medius est aer, altus est coelum.  
 Multi piscantur in terra, turpis lucri gratia, quæstû pie-  
 tatem habentes, quæ sua sunt quærentes non quæ Iesu  
 Christi. Alii piscantur in aere, de quibus Oseas ait: *Se-  
 minauerunt ventum, & turbinem collegerunt.* Semina-  
 uerunt ventum verborum, & auræ popularis turbinem  
 collegerunt. Paucissimi ducunt in altum prædicantes,  
 propter acquisitionem Hierusalem cælestis solum glo-  
 riæ Dei, & animarum saluti incumbentes. Tertiã est, quia  
 piscantur cum instrumento rupto, de quo dicitur: *Resi-  
 cientes retia sua.* Illi Prædicatores retia sua rumpunt (ait  
 sanctus Gregorius) qui ea quæ verbo prædicant, male  
 vivendo lacerant, quod prædicant verbis, moribus im-  
 pugnant. Illi retia sua reficiunt, qui vitam suam bonis  
 actibus componunt, quia ad hoc ut seruetur veritas præ-  
 dicandi, necesse est ut seruetur veritas bene vivendi.  
 Quarta causa est, quando rete nõ mittitur in parte debi-  
 ta, de quo Christus post resurrectionem dixit: *Mittite ad  
 dexteram navigij, & inuenietis.* Per multi Prædicatores  
 mittunt ad vitæ presentis sinistram, hoc est, diuitias, deli-  
 cias.

Luce 5.

S. Gregor.

1. ad Thim.

cap. 1.

Luce 5.

Osee 8.

Matth. 4.

S. Gregor.

Ioann. 21.

tias, honores curantes, nihil preudentes, nec vnā animam de lacu miseriæ, & luto fœcis educentes; non enim ad dexteram nauigij mittunt, gloriam Dei (vt diximus curantes, peccatores ad æternæ vitæ brauium verbis feridis accedentes, exemplis, & sanctis operibus prouocantes. His quatuor de causis Prædicatores huius temporis nihil, vel parum piscantur, quia in nocte ignorantia, vel culpæ rete mittunt, & non in loco debito iactant, & quia rete valde ruptura præferunt, & ad dexteram nauigij dirigere nolunt. Et sic pisces, id est, homines astute euadunt.

2. ad Corint.

4.

S. Gregor.

S. Chrysost.  
hom. 38. op. 1.  
imper.

His quidem suppositis, quod me permaximè ad hoc opus impulit, illud est, me multoties audisse, & vidisse multos Prædicatores (vt sanctus Paulus ait) *Seipfos prædicantes, non Iesum Christum*. Seipfos prædicantes, id est, suam scientiam, suos dicendi subtiles modos, non Iesum Christum, id est, non Christi mysteria ea deuotione, & fernore, quibus annuntiarī conveniunt. Adulterantes verbum Dei, non ex eo (vt sanctus Gregorius ait) spirituales fructus gloriæ Dei, & animarum salutis, sed adulterinos foetus propriæ gloriæ, & humanæ laudis querentes. Et sicut sanctus Chrysostomus docet, cum ipse Prædicatores sint oculi, & stomachus Ecclesiæ, oculi, quia vident in Scripturis Dei mysteria populis prædicanda. Cor, & stomachus huius corporis mystici, quia in rebus spiritualibus totus populus per eos regitur, & sicut cor sapientiæ est locus, ita Sacerdotes sunt receptacula sapientiæ spiritualis. Et propter nostra peccata, Deo sic permittente, & diabolo procurante: huiusmodi cor non vigilat, verbum Christi debite, & deuote tractando, immo omne caput languidum, & omne cor mærens. Quia diuersarum affectionum magnis fœbribus tenetur ægotans, & Christi Sponsa conqueritur dicens: *Oculi mei defecerunt in eloquium tuum, sancte, scilicet, prædicandum, & oculi mei languerunt præ inopia spiritus, & deuotionis*. Et maxime istis temporibus: *Caligauerunt oculi eius* (quibusdam interiectis spiritualium caliginum cataraetis.) Ideo hoc spirituale farmachum, Dei auxilio fretus componere conatus sum, ex diuersis san.

Psal. 118.

sanctæ Scripturæ authoritatibus, & sanctorum Docto-  
rum sententiæ confectum, vt Ecclesiæ cor confortetur,  
& oculi eius, id est, Prædicatores illuminentur, & re-  
pleantur spiritu, & virtute Domini, ad annūtiandam Ia-  
cob scelus suum, & Israel peccatum suum; sic enim oculi  
isti illuminati, & cor confortatum, potentiam tuam Do-  
mine pronuntiabunt, & magnificentiam gloriæ tuæ lo-  
quentur, & mirabilia tuæ narrabunt. Et sicut medicus,  
teste Chrysostomo, quando ingreditur ad infirmum pri-  
mo de stomacho interrogat, & cum componere statim  
festinat, quia si stomachus sanus erit, totum corpus va-  
lidum est; si autem dissipatus fuerit, totum corpus infir-  
matum est: ita si Sacerdotium, & maxime Prædicatōrū  
magisterium integrum fuerit, tota Ecclesia floret, si au-  
tem corruptum est, omnium fides marcida est. Hæc Do-  
ctor sanctus.

*Micheas 3.*

*S. Chrysost.  
ubi supra.*

Ideoque ad hoc opus perficiendum euigilaui, vt cor-  
de, & stomacho aliquantulum instauratis, absque dubio, sa-  
nitatis, & bonitatis affluentia in totum corpus redun-  
dabit. Quia vt Christus docet, si oculus tuus simplex  
fuerit, totum corpus lucidum erit, si autem nequam fue-  
rit, totum corpus tenebrosum erit.

*Luce 11.*

Et quia multa, id genus, in hoc opere iuuenies, breui-  
tatis causa, ibi legenda remitto, ibi iuuenies multas vir-  
tutes quibus ornari debes, vt Christi Euāgelium debite  
annunties. Habebis (vt Spiritus Sanctus Prædicatori  
promittit) claritatem ad turbas, & honorem apud senio-  
res, & in conspectu potentium admirabilis eris, & facies  
Principum mirabuntur te, loquente te, respicient, & ser-  
mocinante te plura, manus ori tuo imponent, & memo-  
riam æternam ijs, qui post te futuri sunt, relinques, time-  
bunt te Reges horrēdi, & in multitudine bonus Prædi-  
cator apparebis. Vale.

*Sapientia 2.*

*Hic*

*Hic tractatus dividitur in quatuordecim capitula.*



**N** Præmo agitur qualiter Prædicatores Evangelicæ debeant intrare, in sanctuarium Dei, id est, divinam Scripturam, ut veras Sapientie divinitus assequantur.

In 2. quod multi in sanctæ Scripturæ lectione versantur, qui veram Sapientiam non assequuntur, & in quo vera sapientia consistat.

In 3. quomodo Prædicatores ante omnia charitatem habere debent.

In 4. demonstratur multæ virtutes; quibus animus Prædicatoris debeat ornari, ut ministerium suum debite adimpleat.

In 5. cum quanta puritate Dei verbum sit prædicandum.

In 6. agitur de gratia Dei, & quam sit necessaria ad verbum Dei prædicandum.

In 7. de spiritu, & fervore quos prædicator debet habere in verbo annuntiando.

In 8. monstratur quæ sit confusibile Prædicatores docere, & non facere.

In 9. quantum utilitatem faciat prædicator in Ecclesia Dei, qui quod prædicat, operatur.

In 10. quod multi Prædicatores, plus vanitati, & curiositati quam gloriæ Dei, & animarum salutem studeant.

In 11. agitur de mysterijs, quæ principaliter in suis sermonibus debent prædicare.

In 12. quod nullus tam sublime ministerium, nisi in maturitate exercere debeat.

In 13. demonstratur imago Prædicatoris Evangelicæ omnibus prædictis virtutibus ornati.

In 14. agitur de magno premio, quo fruuntur in Regno celesti, si sanctè, & fructuosè, Dei verbum annuntiant.

*Ista quatuordecim capita descripta sunt, ad instar quatuordecim epistolas sancti Pauli, & mysterium huius rei ibi declaratur.*

## CAPVT PRIMVM.

IN QVO AGITVR, QVALITER  
 Prædicatores Euangelici debeant in-  
 trare in Sanctuariũ Dei, vt veras  
 diuitias sapientie asse-  
 quantur.



**I**n primis debent exerceri in lectione  
 sanctæ Scripturæ, sacrorumque Doc-  
 torum meditatione. Sicut scriptum  
 est, Psalmo 1. *Beatus vir, qui in lege  
 Domini meditatur die ac nocte.* Nota,  
 vt Magister sententiarum docet, quòd  
 Deus creauit hominẽ, vt ipsũ cognos-

*Iacobus de  
 Valentia su-  
 per Psal. 1.*

ceret, & cognoscendo amaret, & amãdo illo frueretur.  
 Sed noluit Deus, vt talẽ bestitudinẽ homo attingeret,  
 nisi prius operãdo mereretur; & ideo in paradiso duplex  
 præceptũ accepit; vnũ affirmatiuum, ibi, ex omni ligno  
 Paradisi comede; aliud negatiuũ, ibi, de ligno sciẽtiæ bo-  
 ni, & mali ne comedas. Sed quia præuaricatus est diuinũ  
 præceptum, perdidit præmium, & beatitudinem promif-  
 sam. Sed Deus hominis misertus beatitudinem promif-  
 sam non aliter habere voluit, quam in hoc mundo pere-  
 grinando, & per fidem ambulando, & legem Dei obser-  
 uando, vt ad cælestem beatitudinem perueniret. Et in  
 paradiso Ecclesiæ loco originalis iustitiæ, & ligni vitæ  
 accepit legem diuinam.

*Beatus ergo vir, qui non abiit in consilio impiorum,*  
 A idest,

## CAPVT PRIMVM.

id est, suggestione dæmonum, nec in via peccatorû stetit; id est, in superbia, auaritia, & luxuria, quæ sunt viæ, per quas peccatores ad infernû vadunt. Nec in cathedra pestilentia sedit, id est, peccato scandali alijs per malam vitam ruinae occasionem præbens. Sed in lege Domini voluntas eius alta, & mirabilia Dei opera contemplando. Et in lege Domini meditatur die ac nocte, id est, in prosperitate, & aduersitate: nam sanctorû Patrum exemplo, patienter tolerabit aduersa, & prudenter disponet prospera. Et sic nec extoletur in prosperis, nec desperabit in aduersis: vel meditabitur die ac nocte, id est, in testamento veteri, & nouo. Nam vetus testamentum dicitur nox, nouum dies. Vnde Paulus, nox præcessit; dies autem apropinquauit. Nota, nox præcessit, id est, lex vetus cessauit, quantum ad iudicialia, & cæremonialia; permansit autem quantum ad mystica, id est, quid credendum per alegoriam, quid faciendum per moralia, quid per anagogiã sperandum. Qui ergo meditatur in lege Domini die ac nocte, id est, in veteri, & nouo testamento; in veteri intelliget omnia Christi misteria esse figurata, in nouo esse completa. Et sic contemplando tâ mira misteria eleuabitur à mundanis ad amorem cælestium. In tantum quod non abiit in consilio impiorum, nec stabit in via peccatorum. Vnde Sanctus Augustinus ait: *Tanta est Sanctæ Scripturæ profunditas, quod si diebus ac noctibus, quis in ea vult contemplari, adhuc non sufficeret parua parte eius attingere, propter profunda misteria latentia in veteri testamento, & per Christum in nouo reuelata.* Beatus ergo vir, qui in lege Domini meditatur. Qui talis erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quia sicut lignum vitæ plantatum iuxta fluentia quatuor fluminum Paradisi terrestris, numquam perdebat folia, sed semper fructum faciebat: ita pariter vir iustus (qualis Euangelicus Prædicator esse debet) plantatus in Paradiso Ecclesiæ secus decursus aquarum Baptismalium, & aliorum Sacramentorum, dabit fructus meritorum, & bonorum operum in tempore suo, id est, in hac vita. Et sic colliget fructus gratiæ in præsentibus, & gloriæ in

*Ad Rom. 14.*

*S. August.*

# CAPVT PRIMVM. 2

in futuro de ligno vitæ, quod est Christus, & viuet in æternum.

Has vtilitates, & alias multas docet Chrysostomus sic dicens: *Scriptura Sacra est mensa, in qua panis Dei nutriens animas positus est. Supra quam omnes Christiani, & maxime Prædicatores recumbunt, & epulantur in spiritu. Nota nutriens animas. Quia anima crescit in bonis, nam paulatim timor Dei generatur, sensus illuminatur, scientia crescit, confirmatur in fide, excitatur plerumq; ad desiderium Regni cælestis, apprehendit eum celus Sanctorum, quos legit, excitaturq; ad easdem virtutes. De Prædicatoribus scriptum est: Si dormiatis inter medios Cleros, id est, duo testamenta: Quorum lectioni (ait Ambrosius) qui incumbit miras accessiones indies faciet in virtute. Si dormias, surgent pennæ tuæ, nullo negotio prospereris, nullo sudore ditaueris. Attende diligenter cumulum virtutum, quas Ambrosius, & Chrysostomus hauriunt ex lectione sanctæ Scripturæ.*

Has virtutes, has spirituales diuitias docet nos Spiritus Sanctus, Sapientie 7. *Optavi, & datus est mihi sensus, & invocavi, & venit in me spiritus sapientie, & proposui illam regnis, & sedibus: & diuitias nil esse dixi in comparatione illius, nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua. Et tanquam lutum existimabitur argentum in conspectu illius, super salutem, & speciem dilexi eam; venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Quam sine fictione didici, sine inuidia communicate, infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitie Dei. Nota omnia mundi bona, vt sunt regna, sedes, aurum, argentum, lapides pretiosi, salus, pulchritudo, nihil sunt in comparatione sapientie, quæ invenitur in lectione sanctæ scripturæ, quæ maxime debet relucere in Prædicatore Euangelico. Et illa omnia vt iterum debet arbitrari, vt infinitum thesaurum bonorum cælestium, & Dei amicitiam lucri faciat. Ideo David huius altissimæ sapientie nõ ignarus, toties dicebat: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Iterum: ideo dilexi mā-**

S. Chrysost.  
hom. 53. in  
Matth. 10. 2.

Psal. 67.

Ambros.

Sapientie 7.

Lira in Glo.

Psal. 118.

# CAPVT PRIMVM.

*data tua, super aurum, & topatium. Iterum: desiderabilia super aurum, & lapidam pretiosum multū, & dulciora super mel, & fauum. Quia vt ait Glosa: Spiritualia corporalibus valdè præferuntur, & sapientiæ Euāgelicæ nulla res corporalis comparari potest in dulcore, & valore, quia gustui mētis sunt dulciora, quam mel, & fauus gustui corporis.*

*Glosa*

*Proverb. 3.*

Hoc idē docet Spiritus Sanctus in Prouerbijs 3. *Beatus homo, qui inuenit sapientiam; melior est acquisitio illius negotiatione auri, & argenti; primi, & purissimi sunt fructus eius, pretiosior est cunctis opibus, & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari. Non metuat (ait Glosa) de correptione inopix quisquis diuitias acquisiuit sapientiæ: nam omnibus thesauris minus cœleste præfertur. Hanc doctrinam confirmat S.*

*Glosa.*

*S. Chrysostomus hom. 36. in Ioannem.*

*Maxima diuinarum scripturarum est præmium, maxima utilitas omnium medicinarum, thesaurus diuinae Scripturae sunt. Et siue stultitiam excuere, affectus sedare, siue pecuniarum cupiditatem expellere velis, siue dolores contemnere, siue fortem animum induere, siue equo animo aduersa tollerare velimus, quæ puriora remedia hinc inuenire possumus. Idem Doctor hom. 7. de penitentia to. 5. sic ait: Quasi ad tranquillum quendam portum, ad lectiōnem Scripturarum impellamus animū, portus est à fluctibus liber, murus fortissimus, turris minimè nutans, firma felicitas, continua voluptas, mala omnia euellit, bona omnia ingerit, & quidem diuina quodā est extinctio passionum. Quæ verba sancti Doctoris sent valde cōsiderāda, propter eximias utilitates, quæ ex lectiōne sanctæ Scripturæ oriuntur.*

*Genesis 24.*

Expendens deuotus Galfridus illa verba: *Egressus est Isaac in agrum ad meditandum, Genesis 24. sic ait: quæcumq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: dico vobis fratres, nihil poterit aduersi contingere, nihil tam triste, & amarum emergere, quod non max, vt Sacra lectiō nos excipiat, aut euanescat citius, aut facilius toleretur. Hic est ager, in quem sanctus Isaac exiit ad meditandum, vbi ei occurrens Rebeca, cum, qui acci-*

*Notanda doctrina.*

*derat*

derat sua lenit suauitate dolorē. Quoties mihi Iesu bonē dies vergit in versperum, omnia vertuntur in fastidiū, oneri sunt cuncta quæ video. Siquis loquitur vix audio, in modum silicis cor obduratum, hæret lingua, oculorum vena sicatur. Quid tunc? exeo ad meditandum, sacrum reuoluo Codicem, cum subito occurrens Rebeca, id est, gratia tua, sua luce tenebras excutit, pellit fastidium duritiam frangit, mox cedunt suspirijs lachrimæ, & lachrinis cœlette gaudium comitatur. Infelices, quos, cum quæque trinitia conturbat, non in hunc agrum exeunt, vt gaudeant, tanta est sacrarum efficaciam lectionum. Hæc Sanctus Doctor.

Has utilitates maximas Prædicatoribus intimat Ecclesiasticus cap. 39. *Sapientiam antiquorum omnium exquiret sapiens, & in prophetis vacabit, narrationem omnium nominatorum cōseruabit, & in versutias paraboliarum simul introibit occulta prouerbiorum exquiret, & in occultis parabolarum conuersabitur.* Et ex isto labore quantus fructus sequatur, subdit: *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur; si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ repleuit illum, & ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ, & oratione confitebitur Domino.* Nota virorum nominatorum in scientiis, & virtutibus, vt sunt sancti Doctores, non auctores prophani. In conspectu Altissimi deprecabitur pro sapientiæ impetratione, & pro delictis emendandis, vel mūdandis Occulta prouerbiorū, id est, sensus mysticos, & latētes nota tāquā imbres, quia prædicatio tāquā aqua diuinarū doctrinarū refrigerat ardorem superbiæ, auaritiæ, & luxuriæ, & in illis, sicut pluuia, facit fructificare in bonis operibus, & meritis.

Omnia quæ dicta sunt, confirmat Apostolus ad Timotheum scribens: *Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ, noli negligere gratiam, quæ in te est.* Ne de talento tibi credito arguaris (ait interlinealis) hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus omnibus sit manifestus, i. ad Timotheum 4.

Quo ordine ad lectionem sanctæ scripturæ sit accedendum

*Eccles. 39.*

*Lyra.*

*S. Vic. Fer.*

*i. ad Timotheum 4.*

# CAPVT PRIMVM.

Leuitici 26.  
S. Petrus  
Chrisologus.

dum, docet sanctus Chrisologus differens illa verba Leuitici 26. *Apprehendet tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem* Legendo, & meditando (ait sanctus Doctor) metimus, orando, & contemplando, vendimiamus, operando, & predicando, seminamus. Hic est Ordo rectus, & conueniens, ut primum per lectionem discamus quid agere, vel vitare debeamus. Sed quia, quae scimus per nos implere non possumus, prius oratione fussa, diuinum auxilium impetrare debemus, & tunc ad agenda bona, viriliter properamus. Apprehendit tritura vindemiam, &c. Quando ex occasione lectionis legentis animus compungitur ad orandum, & ex fussa oratione, roboratur postmodum ad operandum. Ecce mirabilem connexionem virtutum quas lectio sanctae Scripturae parit.

Daniel. 9.

Daniel per orationem, & ieiunium, diuina mysteria intellexit. Quia vt Glosa ait Danielis 9. hominibus carnales motus per austeritatem vitae reprimuntibus, & per orationem feruidam spiritum roborantibus diuina reuelantur mysteria. Ideo Daniel vir desideriorum vocatur, quia desiderabat scire diuina mysteria ad Dei honorē, & populi aedificationem. Hoc confirmat sanctus Chrisostomus hom. 4. in Math. operi Imperfecti dicens: *Sicut*

S. Chrisost.  
homil. 4. in  
Math. op.  
imperf.

*in caelo celatur Deus, sic in scripturis absconditur, & sicut hoc caelum corporale omnes homines vident, non autem aspiciunt Deum habitantem in eo, sic Scripturas diuinas omnes legunt, non tamen omnes intelligunt Deum veritatis positum in Scripturis: nisi sic fuerint baptizati, ut accipiant Spiritum Sanctum. Vnde Apostoli, prius quam baptizarentur in Spiritu Sancto, clausae erant eis Scripturae, sicut scriptum est stulti, & tardi corde in credendo, postquam verum aperuit eis sensum, infusato Spiritu Sancto, tunc reseratae sunt scripturae ante oculos cordis eorum.*

Hae sanctus Doctor, vbi satis aparet, neminem mysteria Dei intelligere posse nisi a Spiritu Sancto illustratum. Vnde David toties repetebat, Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me, & spiritum rectum in noua in visceribus meis. Et spiritu principali confirma me, ideo incerta, & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. In anno quo mortuus est Ozias, vidit Isaias Dominum, vt Glo-

Isaias 6.

CAPVT PRIMVM. 4

sa ait, dum enim Rex leprosus, idest diabolus regnat in nobis, nec Dominum in sua Maiestate videre, nec mysteria Trinitatis possumus cognoscere. Ideo cum magna puritate, & mundanorum abstractione in Paradisum S&ctarum Scripturarum debemus intrare, vt ibi flores meliores, & vtiliores mereamur inuenire. *Seminate vobis ad iustitiam, & illuminabit vobis lumen scienti&e*, ait Osseas 10. prius dixit seminate, & postea illuminare ait Ambrosius. Quia per opera bona, & exercitia sancta mereamur a Domino illuminari: *Tu vero seminasti tibi ad iustitiam*, ait Sanctus Bernardus: *Si ex tua iustitia notitia tui euigilasti timere Deum, te ipsum humiliasti, fudisti lacrimas, elemosinas profudisti, ceterisque pietatis acti&onibus mancipasti; si ieiunijs, & disciplinis afflixisti corpus, si pectus tuis fionibus, caelos clamoribus fatigasti, hoc est seminare ad iustitiam. Et illuminabit vobis lumen scienti&e, securus iam intendas scienti&e, si vit&e prius per beneficium spei securitatem acceperis.* H&ec Bernadus. Bonitas morum, & san&torum operum probitas pr&ecedere debent, vt ver&e scienti&e lum&e cordibus nostris irradiet. Bonitatem, disciplinam, & scientiam doce me ait David, bonitatem, & disciplinam pr&emissit, postea scientiam. Quia bonitatem in operibus disciplinam in moribus debemus habere, si lumen scienti&e cupimus obtinere.

Ambrosius  
Ossea. 10.

S. Bernar.  
Serm. 37. in  
Cantic.

Psal. 118.

Non solum puritas requiritur in Predicatore Evangelico, ad intrandum in sanctuarium Dei, sed magna discretio, & attentio, in colligendis sententijs, & testimonijs sanct&e Scriptur&e, San&toru&que Doctorum: *Oculi tui sicut columbae de super riuos, aquarum qu&e lacte sunt lot&e & resident iuxta fluentia plenissima*, ait Salomon Cant. 5. *Oculi Ecclesie*, ait Sanctus Chrysostomus: *sunt Praedicatores, qui vident in Scripturis Sanctis Dei mysteria populis praedicanda.* Qui tanquam columbae residere debent iuxta fluentia plenissima, id est, duo testamenta plena in sensu morali, pleniora in sensu allegorico, plenissima in sensu anagogico, nota, resid&et, quia assidui, seduli, humiles, deuoti & a saeculi curis prorsus alieni, vacare debent Diuin&e Sapienti&e. Sed heu! heu! oculi Ecclesie non

Cantic. 5.  
S. Chrysost.

Ioannes Vitalis.

non

# CAPVT PRIMVM.

non sicut columbæ iuxta dièta fluènta resident. Sed sicut accipitres, mète & corde assident iuxta Regum palatia, & Regales Curias ad officia, & dignitates attendentes. De quibus David personam Ecclesiæ gerens conqueritur, dicens: *Defecerunt oculi mei, id est Prædicatores, in eloquium tuum.* Meditandam scilicet, & contemplandû dicentes: Quanto consolaberis me, dignitates sæculi obtinendo.

*Psal. 118.*

*Hugo Cardinalis.*

*Ioannes Vitalis in spe. Mor.*

*Descendat dilectus (ait Sponsa) Cantic. 5. ad areolam aromatum, id est, duorum testamentorû, vt lilia colligat.* Descendat ergo Euangelicus Prædicator à contemplatione cœlestiû. Dilectus a Deo, & electus ad ministeriû prædicationis Euangelicæ. Ad areolam aromatum, vt lilia colligat. Non arundines nitorem habentes, sed vacuas, quales sunt scientiæ Philosophorum, non vrticas vrentes, vt in scientijs lucratiuis, non herbas toxicatas, vt in scientijs superstitiosis, sed lilia, id est, sententias meliores, vtiliores, & aptiores, ad Dei gloriã, & animarum salutem, vt lilia colligat, quæ sunt flores suspensi, in summitate candidi, & patuli, cum reflexione foliorum ad se, in quibus Sacræ Scripturæ testimonia intelliguntur suspendentẽ apicẽ intelligẽtix in cognitione supernorû, candidam redentes animam sine macula, ad Dei beneficia recolenda, & ampliora recipienda, cum reflexione ad se, vt sicut loquitur, sic viuat. Et ex intimis visceribus prodeant gemitus, & suspiria supernorum, desiderium declarantia: *Fuge dilectè mi assimilare capræ, hinuloq; ceruorum, Cantic. 8.* Verba sunt Ecclesiæ Euangelico Prædicatori allegorice alloquentis. Fuge dilectè mi, fuge sæculi iactantiam, fuge carnis delicias assimilare hinulo montium cacumina percurrenti, propter cœlestiû contemplationem. Capræ vero, propter discretionem, & oculorum acumen in herbis discernendis. Quia Prædicator debet eligere ex viridario Sanctæ Scripturæ, & Sanctorum illas sententias, quæ sunt meliores, & vtiliores, & magis necessaria ad Dei honorem, & animarum salutem. Cum quanta puritate, & discretionem debeat Prædicator accedere ad Paradisum scripturarû docet sanctus Cassianus dicens: Si ad verã scrip-

*Cantic. 8.*

Inrarum scientiam vis peruenire, necesse est in primis, vt humilitatem cordis immobilem consequaris, quæ te non ad illam, quæ inflat, sed ad illam, quæ illuminat pariter, & inflamat charitatis consummatione perducatur; impossibile enim est, immundam mentem donum veræ sapientiæ adipisci. Idcirco omni cautione de vita, ne tibi per studium lectionis, non scientiæ lumen, nec illa, quæ per illuminationem scientiæ promittitur gloria, sed instrumenta perditionis de arrogantia vanitate nascantur. Deinde omni modo tibi nitendum, vt pulsa omni sollicitudine, & cogitatione terrena, assiduum te ac potius iugem sacræ præbeas lectioni. Donec continuata meditatio imbuat mentem tuam, & quasi in similitudinem sui, formet. Arcam quodammodo ex ea faciēs testamenti, habentē in se, scilicet, duas tabulas lapideas, id est duplicis testamenti perpetuam firmitatem. Vrnā quoque auream, id est, memoriam puram, atque sinceram, quæ reconditū in se Manā perpetua tenacitate cōseruet. Spiritualiū scilicet sensuum, & illius Angelici panis cœlestem perennemq; dulcedinem. Et virgam Aarō, id est, Summi, veriq; Pontificis Christi Iesu salutare vexillum, mortalis memoriæ viriditate frondescens. Hæc autem omnia duobus Cherubim proteguntur, id est, historicæ, & spiritualis plenitudine, quæ Propitiatorium Dei, id est, ferocitatem peccatoris tui iugiter protegent, & à cunctis spiritualium nequitiarum incurribus obumbrabunt, & ita mens tua, non solum in modum Arcæ diuini testamenti, verum etiam in Regnum Sacerdotale prouecta, per indissolubilem puritatis affectum, quodam modo ab sorta spiritualibus disciplinis, illud impleuit Pōtificale mandatum, vt de Sanctis non egredietur, ne polluat Sanctuarium Dei, id est, cor suum, in quo se Dominus habitaturum repromittit dicens: In habitabo in eis, & inter illos ambulabo. Hæc sanctus Cassianus. Vbi manifeste apparet, quam disertè, & spiritaliter depingit, puritatem, discretionem, & maximas utilitates, quas Euangelicus Prædicator haurit ex lectione continua Scripturæ Sacræ.

*S. Cassianus,  
de spirituali  
scientia col-  
las. 14. c. 10*

*Sapientia est lignum vite, ait Salomon. Prouerb. 3. Prouer. 3.*

# CAPVT PRIMVM.

*Galfridus  
elegant.*

*Beatus qui tenuerit eam.* Quærit deuotus Galfridus, si lignum vitæ est, quomodo apprehenditur, cum Cherubim, & gladium flammæ, atq; versatilem collocauerit Dominus, ad custodiendam viam ligni vitæ? Respondet dicens: Non desperationem ingerat, sed desiderium inferat, consilium suggerat custodia hæc. Opus est diligentia, opus est prudentia, nemo simulatoriæ, nemo temerariè accedat, ad lignum quod à Cherubim custoditur. In quibus est plenitudo scientiæ, opus est temperantia, quia gladius est, qui superflua refecet vniuersa. Sed nec tepidè accedendum, magnanimitate opus est, & feruore; quia gladius flâmæus demonstratur. Secunda est iustitia, quia gladius versatilis, nil dissimulat. Si sic, idest, his virtutibus, apprehendimus sapientiã, in ea viuatur, & ex ea: verû ille, solus beatus, qui nõ solû apprehēderit, sed tenuerit, quia solus qui perseuerauerit, hic saluus erit. Ita Galfridus. Quod totû cõfirmat verbis efficacibus Glosa ord. dicens: Qui ad Paradisum scripturarum introire, & ad lignum vitæ accedere volunt, necesse est, vt igne Spiritus Sancti omnes concupiscentias huius vitæ exurant, & gladio verbi Dei, omnia noxia præcidant. Sic enim patebit introitus, & fructus veræ sapientiæ carpitur.

*Glosa bord.  
ibi.*

*S. Chriost.*

Quæ omnia prædicta eleganter S. Chriostomus, Psal. 115. prosequitur dicens: *Apes ex diuersis hortis, stosclos meliores, & utiliores, innocua de prædatione capiunt, & inde dulcissimos melis fauos conficientes, hominibus præstant. Ita Ecclesie Prædicatores, super amena virentiaq; scripturarum viridaria leui mentis ala residētes, sucum spiritus haurientes, solliciti sunt, vt dulcissimû fidei mel, auditorum cordibus placidè stillent.* Nota, sucû spiritus quem nullus carpere potest, nisi maxima animi puritate præditus. Et omnium visibilium cateruæ oblitus. Et quia istæ vitutes in multis Prædicatoribus deficiunt, mysteria recondita Sanctæ Scripturæ non attingunt: *A multis Sacra Scriptura legitur, ait Chriostomus, & euenit illis, sicut Scribis, Herodi, & Magis. Scriba legerunt, & scientia sunt inflati, & euauerunt in suis cogitationibus. Herodes vidit, & audiuit, & peior, &*

# CAPVT PRIMVM. 6

crudelior euasit, paucissimi sunt, qui intellectu illuminati, & affectu incensi sicut Magi reperiuntur, quia, ut diximus cum debita puritate, & humilitate, & temporalium obliuione non accedunt.

Et ut finem huic capiti imponamus, debemus audire sanctum Chrysostomum ignauiam nostram circa hoc exercitium obiurgantem; ait enim hom. 84. in Ioannem: *Difficile est veram sapientiam inuenire, quam gratia & quia remedia scripturarum negligimus. Neque cum contritione, fletu, & planctu eis accedimus, sed simpliciter & inconsideratè, si quando ad legendū adducimur. Propterea cum graue secularium rerum onus incumbit, omnia innundat, & siquid proficimus, aufert. Quod ne accidat, in cælum paululum aspiciamus. Mortuorum monumenta consideremus, eundem exitum manere, & migrandi necessitatem, & nobis forte ante vesperum imminere, in mentem veniat.* Hæc Doctor sanctus. O si ista in nostris cordibus versarentur: quam puri, quam seduli, quam vigiles in cælestium meditatione mysteriorum essemus. Ut repleti timore Domini, ad alios virtutibus ditandos moueremur. Et nostris sermonibus excitandos a somno vitiorum, in quibus sopiti dormiunt, continuè clamaremus dicentes, exurge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Hic debet esse noster continuus labor, & iuge exercitium, ut sanctus Hieronimus consulit dicens: *Oro te frater charissime, in-*

S. Chrysost.

S. Hieron. in  
Epistol. ad  
Paulinum.

*ter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil querere, non tibi videtur hic in terris cælestis Regni habitaculum. Hæc fratres sufficiant pro hoc capite.*



# CAPVT SECVNDVM.

## CAPVT II.

IN QVO DENOMSTRATVR,  
quomodo multi, qui in lectione Sacre  
Scripturæ versantur, veram sa-  
pientiam non assequantur, &  
in quo vera sapientia  
consistit.



**D**ICTVM est capite præcedenti, de mul-  
tis bonis, quæ sequuntur ex lectione Sanctæ  
Scripturæ, sacrorumq; Doctorum, sed val-  
de timendum est, ne dicatur de multis, qui  
sacram reuoluunt paginam, quod beatus

*Ad Timoth. 3.*

Paulus ad Timotheum scribens 2. cap. 3. ait: *Semper  
discent, sed nunquam ad scientiam veritatis peruenien-  
tes.* Scientiã, quæ inflat, habentes, sed scientia, quæ illumi-  
nat pariter, & inflamat, carentes. Vtrinã de multis nõ ve-  
rificetur, quod idẽ Apostolus ait, ad Rom. 1. *Obscuratũ  
est insipiens cor eorũ.* Quod S. Bernardus expendens ait:

*Ad Rom. 1.  
S. Bernar.  
Eleganter.*

*Sol non omnibus, quibus lucet calefacit. Sic sapientia cun-  
ctos, quos docet quid faciendũ sit, nõ ita accedit ad faciẽ-  
dũ. Aliud est nosse diuitias, aliud possidere. Nec notitia di-  
uitem facit, sed possessio. Sic aliud est nosse Deũ, aliud timere  
bene timor Domini initium sapientiæ est; quia tunc primũ  
Deus animæ sapit, cum eam afficit ad timendum, non cum  
eam instituit ad sciendum: times Dei iustitiam? times  
Dei sapientiam, & sapit tibi Deus iustus? Quia timor  
sapor est. Porro sapor sapientem facit sicut scientia scien-  
tem, & diuitia diuitem. Hæc Bernardus. Hoc idem fan-  
ctus Chrysostomus, hom. 10. in Math. tom. 2. nos do-  
cet sic dicens: *Prius est bene viuere, secundum est bene  
docere, quia per bonam conuersationem sine dubio ascendi-**

*S. Chrysost.*

# CAPVT SECVNDVM. 7

ditur ad scientiam, à scientia autem nescio, si ad bonam conversationem omnino veniatur, scientes quidem sine timore Domini multos videmus, timentem autem Deum sine scientia nullum videmus. Hæc sanctus Doctor.

Secundum horum doctrinam Doctorum, & etiam sancti Gregorij sententiam, multi Prædicatores reperuntur, qui mira, & subtilia de internis intelligunt, sed pauca vel nulla in exterioribus operantur, qui Deum eiusque mysteria cognoscentes, non sicut Deum glorificent, sed evanescent in suis cogitationibus. Habentes gratias, vel dicendi, vel scripturas interpretandi, sed gratia Dei, quæ iustificat impium carentes. Quod alte tonat gentium Prædicator, & Doctor, dicens 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum; charitatem autem non habeam, factus sum, velut æsonans, aut citharalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia; charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Nota secundum Liranum, & Glosam, quod sine gratia Dei, & charitate, non valent dona, & gratiæ, quæ vel pertinent ad locutionem, ibi, si linguis hominum loquar. Ad cognitionem ibi. Si nouerim mysteria omnia. Ad operationem ibi. si distribuero omnes facultates meas. Ideo ut Glosa ait, loquens cum Prædicatoribus, timeant ergo ne in vacuum scientia celestium cedat, si se aliquis ab illecebris sæculi non coerceat. Timeant, ne illis eueniat quod de Caipha, Sanctus Chrysostomus, hom. 64. in Ioannem, t. 3. ait: Cum Pontifex esset (licet indignus) prophetauit, & os tantum gratia; non autem cor celeste attingit. Multi alij futura prædixerunt, ut Nabuchodonosor, Pharaon, & Balaam. Vide quanta spiritus potentia, quæ a mala mente verba prophetica, & admirationis potuit, elicere. Hæc Doctor sanctus, hoc etiam mysterium nos docet, Spiritus Sanctus Numer. 22. loquens de Propheta Balaam: Quodcumque posuero in ore tuo, hoc loqueris. Vbi Origenes ait, si non indignus esset, verbum suum Dominus non in ore, sed in corde posuisset, sed quia in corde desiderium mercedis erat,

S. Gregor.

1. Cor. 13.

Lira in Glo.

S. Chrysost.

Numer. 22.

Origenes.

&

## CAPVT SECVNDVM.

& pecuniæ cupiditas, non in corde, sed in ore verbum Domini ponitur. Quanti Prædicatores non in corde, sed in ore verbum Dei habere videntur, qui sine spiritu, & deuotione prædicantes, nõ Dei gloriam, & animarum salutem querere, sed sui ostentationem, & admirationem facere noscuntur.

*Lucæ 12.*

*Matth. 5.*

*Ioannes. 11.*

*Osee. 4.*

*Jeremie 8.*

*Glossa*

*Michee 2.*

*Psal. 118.*

*Psal. 93.*

In Ecclesia militanti multi Cherubim, id est, scientia pleni apparent, perpauci Seraphim, id est, incensi ardore charitatis Dei, & proximi. Multæ lucernæ in candelabro Ecclesiæ sunt positæ lucentes magna diuinarum humanarumq; rerum cognitione, non ardentes in Dei amore, & animarum salute: nam si vere arderent, quomodo possunt esse sine lachrimis ( vt Chrysostomus ait ) cum videant quotidie animas Christianorum vsq; ad infernum cadentes? quomodo non turbantur cum Iesu, & premunt spiritu, super suscitatione Lazari quatri-duani, id est, peccatoris obstinati mole longæ consuetudinis pressi? quomodo non continuè gemunt, videntes quod maledictum, furtum, mendacium, & adulterium inundauerunt super terram. Et sanguis sanguinem tetigit, id est, peccata peccatis cumulantur. Quomodo cum Ieremia non clamant, quis dabit oculis meis lachrimas, & capiti meo fontē lachrimarū, & plorabo interfectos populi mei. Exēplū dedit Prælati, ait Glossa, lugendi propter peccata subditorum, & propter pænaseis infligendas in æternū. Cur ergo cū Propheta Michea nõ replentur fortitudine spiritus Domini, iudicio, & virtute, vt annuntiet Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum, id est, Ecclesiasticis, & sæcularibus. Quomodo non comitantur Micheam, sic clamantem, super hoc plāgam, & ululabo, vada mi spoliatus, & nudus, faciam planctum quasi draconum, & luctum quasi structionum, quia desperata est plaga eius? Quomodo videntes tot præuicatores terræ non tabescunt? Et pia cum querela non dicunt, alter ad alterum excitantes, quis consurget mihi aduersus malignantes? Aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?

Conuincuntur multi Prædicatores huius temporis potius habere illam scientiam, quæ inflat, quam illam

# CAPVT SECVNDVM. 7

quæ illuminat pariter, & inflāmat quæ inflat scientiā potius est in ore quam in corde, potius in speculatione intellectus, quam in voluntatis affectu, potius in sonitu verborum quam in spiritu, & seruire, potius in affluentia dicendorum, quam in deuotione mysteriorum. Quod quidem sanctus Cassianus grauer reprehendit dicens: **Cauē Prædicator ne illorum ad docendum exciteris exemplo, qui peritiam disputandi ac sermonis affluentiam assecuti, quia possunt ea, quæ voluerint ornate copioseque disserere, scientiam spiritualem habere creduntur ab his qui vim eius, & qualitatem discutere non nouerunt, aliud est facultatem oris, & nitorem habere sermonis, aliud venas, & medullas cælestium intrare dictorum, & secreta Sacramenta purissimo mentis oculo contemplari. Quod nullatenus humana doctrina nec eruditio secularis, sed sola puritas per illuminationem sancti Spiritus obtinebit. Quapropter beatus Apostolus eos reprehendit dicens: semper dicentes, sed nunquam ad scientiam veritatis perueniētes. Videamus ergo, quæ sit ista sciētia veritatis, ad quam nos Doctor gentium, tam anxie peruenire desiderat. Hæc est scientia Sanctorū, quæ vt Bernardus ait: est hic temporaliter cruciari, & in æternum, delectari, sapientia ista cum deuotione, & conscientie puritate possidetur. Quia dicitur Ecclesiastici 21. *Non erudietur in ista, scilicet sapientia, qui non est sapiens in bono.* Et Sanctus Bernardus, *quod sermo non explicat, oratio petat, mercatur vita, puritas assequatur.***

*S. Cassianus  
Collat. 10.  
c. 12.*

*Doctrina  
notanda.*

*S. Bernardus.*

Ad istam sapientiam habendam, vt idem sanctus docet, Christus, & Spiritus Sanctus concurrent, quia Christus illuminat intellectum, & Spiritus Sanctus inflāmat affectum. Multi curant in intellectu illuminari, non pariter, & affectu inflammari, non petunt per sui veram humiliationem, quod ab Elia Eliseus petiuit, dicens: *Oro Domine, vt fiat spiritus tuus in me duplex*, 4. Regum c. 2. Quis est iste duplex spiritus, qui quæritur, ait Bernardus: *Nisi illuminatio intellectus, & affectus purgatio. Res quidem difficilis. Quia rarus est in terris qui illam habere videatur. Non dubito ego intellectum omnium vestrum esse illuminatum, sed affectum non esse purgatum*

*S. Bernardus  
serm. 3. in  
Ascensione  
Domini eleganter  
prosequitur.*

*alius*

## CAPVT SECVNDVM.

*manifestis approbo coniecturis. Omnes quod bonum est, no-  
stis, & viam perquam incedere, & quomodo incedere de-  
beatis. Sed voluntas non est vna. Quia alius ad honores,  
alius ad diuitias, alius ad carnis delicias anhelat. Quidā  
ad spiritualia exercitia non solum ambulat, sed cur-  
runt, vel magis volant, vt etiam vigiliæ breues, & cibi  
dulces, & panni suaues, & labores non solum faciles, sed  
appetibiles videantur. Sed alij non sic sed corde arido, &  
affectu recalcitrāte vix trahuntur ad hæc. Cur ergo, quia  
seruiunt passionibus suis, & voluntas eorum non est purga-  
ta, nec volunt bonū sicut nouerunt? Hæc Bernardus. Vbi  
satis exprimitur multorum curiositas circa scientiā, quæ  
inflat, nultum curantes habere scientiam, & sapientiam  
carnis, quæ inimica est Deo, & sapientiam mundi, quæ  
stulticia est apud Deum. Nulla talis sapientia (ait Ber-  
nardus) ædificat, sed destruit quamcumque domum in-  
habitat. Non curantes attingere ad illam sapientiam,  
quæ deforsum est, quæ ædificat spiritualem domum ex-  
cidens columnas septem, idest, septem dona Spiritus*

**Prouerb. 3.** Sancti in ea collocando. De ista sapientia ait Salomon,  
**S. Bernard.** Prouerb. 3. *Beatus homo, qui inuenit sapientiam, quæ (vt  
sermon. de ve S. Bernardus notauit) consistit in penititudine peccatorum  
ra sapientia. præteritorum, in contemptu præsentium, commoderum, in  
desiderio futurorum præmiorum. Inuenisti plane sapien-  
tiam, si prioris vitæ peccata desleas, si huius vitæ desidera-  
bilia parumpendas, si æternæ vitæ præmia toto desiderio cõ-  
cupiscas. Hoc est bene sapere, & non plus sapere, quam  
oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Quid est sapere  
ad sobrietatem, ait idem Bernardus: Vigilantissime ob-  
seruare quid scire magis priusq; oporteat. Tempus enim  
fratres breue est, sed tu qui cum timore, & tremore tuam  
operari salutem pro temporis breuitate festinas, illa scire  
prius, ampliusque curato, quæ senseris utiliora, & vicini-  
ora saluti.*

**Nota.**

**Vera sapien-  
tia in quo  
consistit.**

Hæc est vera sapientia, quæ absconditur à sapientibus  
huius sæculi, & reuelatur paruulis. Nam declaratio ser-  
monum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.  
Illuminatum, scilicet, ad operandam suam proximorūq;  
salutem, verbum Dei deuotè, & feruenter prædicando.

Nam

# CAPVT TERTIVM. 13

ut sanctus Chrysostomus, ait homil. 40. in Acta Aposto- *S. Chrysost.*  
 lorum: Est cithara spiritualis dulcem sonum, suavemque  
 concentum, in cordibus auditorum faciens, eos ad celestia  
 suspendendo, ut in cithara varias habes voces, unam au-  
 tem armoniam, & unus musicus est, qui citharam in manu-  
 sumit: sic in ministerio prædicationis cithara quædam est  
 charitas ipsa. Voces loquentes, sunt verba, quæ ad conci-  
 liandam charitatem pertinent. Omnes in unam suavem  
 conspirant consonantiam, musicus est charitatis vis. Illa  
 enim, & demonum furorem compefcit, & affectionum im-  
 petus demulcet. Hæc melodia cælum, & Angelos latificat  
 hoc magnum in cælo spectaculum excitat. Ita Doctor  
 sanctus. Nō vides quam mirabiles effectus faciat Prædi-  
 cator charitate præfulgens, bonos meliores facit, malos  
 ex peccatorum tenebris ad lucem reducit veritatis. Per  
 charitatem Stephanus Iudæis sævientibus non cessit,  
 per charitatem proximi pro lapidantibus intercessit, per  
 charitatem arguebat errantes, ut corrigerentur, per cha-  
 ritatem pro lapidantibus orabat, ne punirentur.

Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, ait Isaias *Isaiæ 16.*

cap. 16. Venter Prophetæ, id est, Prædicatoris, quasi  
 cithara, musica a te sit compositus, ut omnis chorda son- *Glosa.*  
 nū suū reddat. Sicut cithara sonū compositū nō reddit,  
 si vel vna chorda rupta fuerit, sic spiritualiter venter Præ-  
 dicatoris, si vna chorda virtutum defuerit, dulce melos  
 non resonabit, nec ad latericium murum peccatorum to-  
 tis viribus non clamabit, quapropter Prædicator, qui  
 citharedus spiritualis describitur, omnium virtutum  
 armonia esse compositus debet iuxta Chrysostomi pla- *S. Chrysost.*  
 citum: tota mente, & corpore, ait Doctor sanctus, lau-  
 dare, id est, sonare debemus oculis, lingua, manibus, auri-  
 bus, hoc debemus efficere. Et sic Prædicator corde, corpore  
 sonos canticorum conscientie imitetur affectu, & animus  
 magister charitatis pulset pectora, & sonus redetur ad cæ-  
 lum, quando mens eleuatur ad Deum, & sensus ab illicitis  
 reuocatur. Sic facit homo, & maxime Prædicator citha-  
 ram omni ex parte perfectam sono spirituali decoram ce-  
 lesti placituram auditui.

Audiamus Aylredum deuotè, & eleganter in Prædi- *Aylredus suus per Isaiæ 16.*

## CAPVT TERTIVM.

*Eleganter  
prosequitur.*

*Charitas ad  
instar citha-  
rae spiritua-  
lis depingi-  
tur.*

estore citharam spiritualem depingentem; ait enim, valde felix est anima Prædicatoris, in qua instar chordarum citharæ omnia sunt composita, & ordinata, ubi virtutes virtutibus conueniunt, & exterioribus interiora respondent; sunt autem virtutes quasi chordæ spirituales, quæ inter duo ligna superius, & inferius extensæ crucis mysterium præfigurant. Prima omnium chorda temperantia est, per quam homo mortificans membra sua, quæ sunt super terram, omnia Christo configit. Hæc chorda profundo crucis infixæ est, vt inchoans à timore grauem sonum confessionis, & compunctionis emittat. Secunda iustitia est, à parte superiori crucem tangens, vt reddat unicuique, quod suum est, in acutissimam vocem charitatis erumpat. At chorda prudentiæ quasi in transuerso ligno crucis inter alias duas consistens, vnius subtilitatem, & alterius grauitatem discretionis suaui sono temperat. Porro chorda quarta fortitudo, longitudinem crucis amplectitur, cæteris subsistendi præstantem virtutem, & gratum patientiæ sonum emittens; verum singulas has, plures e latere chordæ comitantur virtutum, & in multarum chordarum diuersitatibus, certis spiritualium numerorum rationibus, vnam cælestem armoniam componunt.

Tunc proinde ad Moab, id est, peccatorem venter Prophetæ instar cithara sonat. Quando perfectus Prædicator peccatori virtutum suadet concordiam, & discordiam vitiorum. Opponens fragilitatem luxuriæ, iræ patientiam, cupiditati charitatem. Sed vnusquisq; cum hæc in se præsenferit, tangat citharam, & stimulos passionum memoria Dominicæ Passionis obtundat, & lateritium murum vitiorum, qui vsu consuetudinis obduruit, crucis iam dictæ virtute prosternat. Sic enim ore Prophetico vox ista conuenienter aptatur. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum costi lateris. Hæc est cithara David, cuius sacratissimus sonus demones fugat, iram frangit, extinguit libidinem, vitia propelit, virtutes plantat, & fetos homines in Angelos melodia cælesti commutat. Hæc diximus, vt appareant mirabiles effectus Prædicatoris Euā-

gelici, quem spiritualis fervor, & charitas Christi urget in sua prædicatione.

Quid enim prodest Prædicatori de unitate diuinæ essentia, & de personarum dictione alta, & sublimia differere, nostræ fidei mysteria cognoscere, cursus siderum, virtutes herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, motus cælorum, & omnium cælestium terrestriumq; scientiam habere, si seipsum per veram humilitatem, & charitatem nesciat. Factus est, velut æ sonans, & cymbalum ruidens, quorum sonus, quamvis sit discretus, non tamen est vivus, sicut corpus vivit per animam, qua carent æs & cymbalum; sic anima vivit per charitatem spiritualiter, propter quod omnis prædicatione, quæ sit sine charitate mortua est.

*S. Bernar.  
in meditatio  
nibus c. 5.*

*Lira ibi.*

*Nota.*

Charitas Christi urget nos, ait beatissimus Paulus, ad Christi mysteria devote prædicanda. Urget ad Christum meditandum, & contemplandum, non enim iudicavi me aliquid scire inter vos, nisi Christum, & hunc crucifixum, aiebat Paulus. Quia hic est liber, quem Prædicatores cõtinue legere debent, quia in eo reconditi sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Ideo charitas Christi urget nos ad legendum in eo, magnam charitatem Dei, à nobis gentibus prædicandam, eius iustitiam peccatoribus ostendendâ, eius clementiam hominibus commendandam, eius bonitatem cunctis imitandam. Nam omnia ista in hoc libro mirifice continentur.

*2. Cor. 5.*

*1. Cor. 2.*

*S. Bonaventura.*

Bonitas, ut sanctus Dionysius docet, in sui diffusione consistit. O bonitas Dei! qui contentus non fuit omnes Angelos in nostrum ministerium mittere cælum, & terram, & omnia, quæ cæli ambitu continentur creare, sed unicum dilectum filium suum in nostræ salutis prætium, & eius præciosissimum sanguinem, in nostrorum peccatorum labracum libentissime donavit. Quod altè Doctores gentium tonat dicens: *Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Ego charitas Christi urget nos ad istam Dei bonitatem gentibus prædicandam: charitas Christi urget nos ad iustitiam Dei peccatoribus ostendendam, quam in Christo factam Angeli horrescunt videntes, & sancti expauescunt contemplan-

*S. Dionysius.*

*Ad Rom. 8.*

# CAPVT TERTIVM.

**S. Thomás a Villanova.** Exceſſiſti quidem Domine, (ait quidam Sanctoꝝ) omnes iuſtitiaꝝ metas, & vt nimium videri vis iuſtus, plus iuſto factus es iuſtus. Immo ſi dicere auderem ( niſi quia Deus es ) dicerem quod appareres iniuſtus, quæ enim iuſtitiaꝝ exigit, vt Deus moriatur pro homine, iuſtus pro iniuſtis, omnipotens pro vermiculo, hoc enim fecit Deus vt Paulus ait, ad oſtentionem ſuaꝝ iuſtitiaꝝ, vt peccatores rigorem diuinæ iuſtitiaꝝ videntes contremiſcant. Quia ſi in viridi ligno hoc fit, in ſico autem quid fiet?

**S. Cor. 5.** Charitas Chriſti vrget nos ad Dei miſericordiã hominibus comendandã, quæ tâta exitit, vt beatus Anſelmus

**S. Anſelmus** ſic clamet: Quid clementius intelligi poteſt, quam quod peccatori æternis pœnis deputato, & non habenti vnde ſe redimere poſſet, dicat Deus Pater: accipe Filium meũ & redime te, & dicat Deus Filius ecce præſto ſum accipe me, & da me pro te. Quam bene ſanctus Gregorius exclamat: *O ineffimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres, filium tradidiſti*, Et ſanctus Paulus exagerat grauitèr dicens: *Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quia eum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Quod eleganter ſanctus Chriſtoſtomus ponderauit, dicens: Si pro viro probo ac virtute prædito non ſtatim quis mori vellit, conſidera Dei clementiam, vt quem non virtute præditis, ſed pro peccatoribus, & iniuſticis Cruci affixum fuiſſe conſtat. Vrgeat ergo charitas Chriſti Euangelicòs Prædicatores ad diuina myſteria prædicandã, gloriã Dei ſol-*

*lum, & animarum ſalutem quaꝛendo, & ſic miniſterium ſuum feliciter adimplebunt.*



## CAPVT IV.

DE MVLTIS VIRTVTIBVS,  
*quæ in Prædicatore debent splen-  
 descere, vt debite verbum  
 Dei annuntiet.*



**P**RÆDICATORES in Ecclesia Dei altis-  
 simum tenent dignitatis gradum, ideo tan-  
 quam Christus debent audiri, vt ipse do-  
 cet: *Qui vos audit, me audit.* Et Paulus, *Lucæ 10.*  
*pro Christo legatione fungimur, tanquam*

*Christo exhortante per nos.* Ideo Christo debent vehe-  
 menter assimilari in sanctitate, os suum ad docendos  
 populos in monte aperienti, & vias ad Regnum cæles-  
 te demonstranti: *Beati pauperes Spiritu, Beati mites,* *2. Cor. 4.*  
 &c. Quæ verba expendens Abbas Isaac, sic ait: beatitu-  
 dinem loquitur ipsa beatitudo, paupertatem, factus pau-  
 per Rex Regum, mansuetudinem, mitis, consolatio-  
 nem, paraclitus, saturitatem, panis, misericordiam, ipsa  
 misericordia, munditiam, cordium munditia, pacem, &  
 filiationē, vera pax, & verus filius. Similiter Prædicator  
 priusquam os suum aperiat ad populos docendos debet  
 fieri ipsa virtus ( si fieri possit ) vt virtutem libere præ-  
 dicare valeat. *Math. 5.*  
*S. Abbas.*  
*Isac.*

Omnia ista gentium Prædicator in Prædicatore repe-  
 rienda docet, si contemplationem suadet de se veredi-  
 catur: *Nostra conuersatio in calis est.* Si mortificatio-  
 nem docet præferat: *Castigo corpus meum, & in ser-  
 uitudinem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus  
 efficiar.* Si mundi contemptum dicat vere de se ipso affir-  
 met: *Omnia vt stercus arbitratus sum, vt Christum lu-  
 cri faciam,* si paupertatem annuntiet, *habentes alimenta,  
 & quibus tegamur his contenti sumus,* si ieiunium laudet,  
 ipse

*Ad Philip.*

*1. Cor. 9.*

*1. ad Thim.*

*4.*

## CAPVT QVARTVM.

*ipse sit in ieiunijs multis, si compassionem annuntiet, clamet ipse, quis scandalizatur, & ego non eror? si humilitatem extollat, sonet veraciter: Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei, Quid mirum fratres? si mundum conuerteret, qui tentis pollebat virtutibus, & quid? si huius temporis Prædicatores nullum conuertant, siquidem his virtutibus vacui fere reperiuntur.*

*Doctrina.* Audire si placet, beatum Chrysostomum de ista materia diuinitus differentem, ait enim homilia 10. in Math. *Valde notanda S. Chris. Doctor* (qualis esse debet Prædicator) omnibus virtutibus debet esse ornatus, debet esse pauper, ut libera voce auaritiam castiget, debet esse semper lugens, & suspirans, sua: sua, sive aliena delicta, ut confundat eos, qui peccare non dubitant, ideo suspiret, ut ostendat, quam periculosus sit iste mundus fidelibus. Debet esse esuriens, & sitiens iustitiam, ut pigros circa bona opera fiducialiter verbo, aut increpationis flagello valeat excitare magis exemplo quàm voce. Debet esse mansuetus, ut magis indulgendo quàm vindicando, regat Ecclesiam Dei, magis ametur quam timeatur. Debet esse alijs misericors, sibi austerus, ut sibi graue onus iustitiæ imponat, alijs leue. Debet esse mundo corde, ut non solum se misceat circa negocia secularia, sed nec cogitet de mundo. Sit autem pacificus, ut tota Ecclesia sit tanquam una anima. Si ergo omnibus his virtutibus fuerit ornatus, erit tanquam optimum sal, & totus populus de illo conditur, magis illum videndo, quam illum audiendo. Hæc Doctor sanctus.

*1. Reg. 10.  
S. Grego.*

In vnctione Regis Saul, virtutes (quibus mens Prædicatoris vngi debet) mirabiliter præsignantur. Vnctus fuit lenticula olei, 1. Reg. cap. 10. Oleum, ait sanctus Gregorius lib. 4. cap. 4. super libros Regum, super alios liquores fertur, ignem fouet, etiam vulnera curare consuevit per oleum misericordie bonum significatur, quia scriptum est: Miserationes eius super omnia opera eius. Quia ignem fouet, prædicationis gratiam designat, quia oleo vulnera curantur, hoc insinuat, quia tergendæ sunt vulnera peccatorum. Vngatur ergo caput Regis, quia spirituali gratia replenda est mens Doctoris. Habeat in sua vnctione oleum

## CAPVT QVARTVM. 16

oleum, habeat misericordiam abundantem, quæ sibi alijs virtutibus præferatur, habeat oleum, ut dum ardorem Sancti Spiritus in se nutrit, lucere vehementer alijs per verbum possit, habeat oleum medicina, ut sapienter disponat, qualiter peccatorum sordes tergat, & agram mentes salutem restituat: Sed attendat, & videat, quomodo istas virtutes indefinenter custodiat, ne velut Saul spirituales gratiam reprobandus accipiat.

*Psal. 103.*

De sanctis Prædicatoribus dicitur: *De medio petrarum dabunt voces*; de medio petrarum, id est, duorum testamentorum, vel de medio virtutum, quibus debent esse sociati, quia virtus petra est. Quia sicut petra terre ædificium construitur, ita virtutibus cæleste ædificium eleuatur. Petra cauis percutitur, virtute diabolus, & peccator superatur. Sic virtutibus emineas, ut de te dicatur: *Pereussisti caput de domo impij.* De medio ergo petrarum dabunt voces, id est, de acervo virtutum. Quibus quasi fortissimis instrumentis peccatores deicere debeat. Si his armati, & muniti fuerint victoria secura manet, & absq; dubio peccatores Christi pedibus subiciant (como quien tiene la cuesta y las piedras) his armis Prædicator munitus tanquam leo confidit, leo rugit, & omnes bestie timent, ait Chrysostomus homil. 8. ad populum Antiochenum: *Prædicator clamat, & peccatores terret, & demones undiq; expellit. Leonis arma sunt iubarum horror, unguium cuspis, & dentes acuti, arma Prædicatoris, sunt sapientia, temperantia, patientia, tollerantia, præsentium contemptus. Hæc arma quisquis habet, non tantum improbos homines, sed aereas potestates irridebit meditare. Ergo Prædicator secundum Deum vivere, & nemo te unquam superabit. Immo his armis præcinctus ministerium feliciter implebis nullum timendo, & rugitu tua prædicationis homines bestiales terrendo.* Ita sanctus Doctor.

*Abatne 3.*

*S. Chrysost.*

*Doctrina notanda.*

Locutus est Iepte sermones suos coram Domino in *Masphar*, ait sancta Scriptura, *Iudicum 11.* *Masphar*, ait Stephanus Abbas, interpretatur speculario, vel contemplatio. Quia prædicatores, qui Christi sermones sunt loquuturi; debent esse in eminentia virtutum, & coram Domino

*Iudic. 11.*

*Stephanus.*

# CAPVT QVARTVM.

mino prædicare, hoc est, cum humilitate, ad Dei gloriã, & animarum salutem, non propter humanam gloriam aut commodum temporale, quia, vt Glossa ait, quisquis, officium Doctoris accipit, neq; oneribus sæcularium negotiorum deprimi, neq; deliciis carnalibus resolui, neque commissum sibi talentum verbi, sub ocio lenti corporis debet abscondere.

*Glossa ord.*

*Math. 5.*

Christus Dominus ad docendos populos in montem ascendit docens Prædicatores, in montem virtutum debere ascendere, vt Euangelium annuntient. *Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion*, ait Isaias

*Isaie 40.*

cap. 40. vbi sanctus Chrysostomus hom. 10. in Matheũ,

*S. Chrysost.*

ait: *Ascensio est altitudo virtutum. Nam in altitudine virtutum spiritualium esse debet, qui docet iustitiam Dei.*

*S. Gregor.*

Et sanctus Gregorius, ista verba explanans, sic ait: *qui cœlesti prædicatione utitur, in iam terrenorum operum desererens, in rerum culmine stare videtur, tantoq; facilius subditos ad meliora pertrahit, quanto per vitæ meritum de superis clamat.* Et Glossa ordinaria, culmina virtutum Prædicatores ascendant, vt opere, & verbo doceant.

*Glossa.*

Quantas, & quales virtutes Prædicatores habere debeant ex his authoritatibus aperte monstratum est. Sed euentius demonstrabuntur, si oculos mentis, ad vntionem Regis Saul diuoluamus, ibi Spiritus Sanctus, Prædicatorem Euangelicum miris coloribus nobis mirifice depinxit, vt in primo Regum cap. 10. dicitur, in die vntionis suæ signa miranda accepit: *Primum si exemplo virorum iuxta sepulchrum Rachel existendum salire foueas sciat. Secundum, si ad quercum Thabor, tres viros habuit, quos hedos, & tortas panis portare in Bethel ad domum Domini vidit. Tertium, si ad collem Domini venit. Quartum, si Prophetarum cuneos accepit, si in eũ Spiritus Domini insiluit, & in medio eorum iam propbetare possit. Quorum signorum mytheria sanctus Gregorius sic exponit. Viros quidem iuxta Rachelis sepulchrum vidit, si mortis memoriæ in corde impressam habet. Illos salientes foueas conspexit, si Sanctorum exemplo vitiorum profunda, & sæculi mala confutare iam didicit, ad quæ-*

*Magna de-  
clarantur  
mytheria.*

*1. Reg. c. 10.*

*Primum si exemplo virorum iuxta sepulchrum Rachel existendum salire foueas sciat. Secundum, si ad quercum Thabor, tres viros habuit, quos hedos, & tortas panis portare in Bethel ad domum Domini vidit. Tertium, si ad collem Domini venit. Quartum, si Prophetarum cuneos accepit, si in eũ Spiritus Domini insiluit, & in medio eorum iam propbetare possit.*

*S. Gregor.*

*Quorum signorum mytheria sanctus Gregorius sic exponit. Viros quidem iuxta Rachelis sepulchrum vidit, si mortis memoriæ in corde impressam habet. Illos salientes foueas conspexit, si Sanctorum exemplo vitiorum profunda, & sæculi mala confutare iam didicit, ad quæ-*

# CAPVT QVARTVM. 17

*cum Thabor, venit, si contemplatiua vite fortitudinem, & dulcedinem experiri iam nouit. In qua, & hædos, & panis tortas, & vinum ad Dominum portantes accepit quia ab amatoribus vite contemplatiua iam didicit, & peccatorem se indefinenter agnoscere, & pro suis peccatis carnem affligere, & afflictionis dolerem omnipotenti Deo gratanter offerre. Ad colem Domini venit, si ad reuelatã Redemptoris gloriam, vel ad scripturarum sublimem intellectum proficiendo ascendit, obuium gregem Prophetarum habuit, si Prædicatorum sancta Ecclesie, sanctam conuersationem, & concordem scientiã intellexit. In quorum medio insipientem in se spiritum Domini sensit, si illa ineffabili suauitate internæ experientie in se donũ superuenientis diuinitatis agnouit, & notæ gratiæ abundantiam loquendo effudit. Nota, insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis. Insilire dicitur spiritus Domini, quia electorum corda donis eius subito replentur, quia non scientiam dat solum, sed affectum charitatis infundit. Qui enim illo replentur caelestia prædicant, & que loquuntur amant. Et mutaberis in virum alterum: tepidus erat quis sed repete uisitatus à spiritu, feruens efficitur. Incipit ardere per deustionem, & in bono opere fortiter exerceri, caelestia amat, terrena despicit, cum subito ille spiritus insiit, in lacrimarum fontes erumpit, carnalis esse desinit, potenter curas mundi abiecit, & æternorum contemplatione mira puritate consurgit. Mutaberis in virum alteram, quia Prædicatores sancta Ecclesie gratiam sancta prædicationis accipiunt, non accipiunt solum scientiam uerbi sed uirtutes amoris, ut per uerbum alijs prodesse ualeant, & per uerbi amorem ipsi meliores fiant. Quando loquuntur, mutantur in uirum alterum. Quia cum per eos spiritus loquitur, ipsi uera charitate eisdem spiritui coniunguntur, & ab eius amore, nec uerbo, nec opere dissentiant. Talem Prædicatorem Paulus laudans dicit, qui adhaeret Deo, unus spiritus est; Deo adhaeremus, cum gratiam Spiritus Sancti accipimus, ut unus spiritus cum eo efficiamur, quando diuinae uoluntati, mente, ore, & opere concordamus. Bene ergo subiunxit, quã lo uenerint tibi hæc omnia signa, fac quodcumq; inuenerit manus tua.*

*Doctrinã  
mirabilis  
Prædicatoꝝ  
ribus.*

*Nota attestate,  
& uidebis mirabilia in ista au  
toritate  
S. Gregor.*

## CAPVT QVARTVM.

*Nota atten-  
te.*

*Quasi diceret, cum te plenum diuina gratia videris, doce alios quidquid facis. Quia ex presidente tibi diuina gratia, habes, & optime viuere, & utiliter predicare, quia quisquis certus est de intima inspiratione Sancti Spiritus presumere potest, tam de proposito bono operis, quam de dispositione sua predicationis. Hæc Doctor sanctus, lib. 4. c. 4. in I. Regum.*

Non attendis, quantas virtutes in Euangelico Prædicatore Doctor sanctus reperendas ostendit? vt foueas vitiorum transfiliat, vt mundum contemnat, vt se ipsum per carnis mortificationem affligat, vt diuinorum mysteriorum contemplationem continuet: vt sic dispositus mereatur, vt spiritus Domini in ipso insiliat, & amore Dei flagrans, & feruore charitatis fraternæ æstuans, ad Euangelicæ prædicationis apicem perueniat.

*S. Chrysost.*

*Quæ dicta sunt confirmat sanctus Chrysostomus homilia 6. in Math. operis Imper. dicens: Ex tunc Christus cepit predicare quando famem vicit in deserto, auaritiam spreuit in monte, vanam gloriam repercussit super templum, vt nobis ostendat, quia qui ventri suo contradicere potest, qui huius seculi bona contemnit, qui vanam gloriam non desiderat, ille debet Christi Vicarius factus, iustitiam Christi predicare. Quoniam ex his tribus caminis, omnis diabolicæ fraudis flamma succenditur. Ita Sanctus,*

*Ad Tim. c. 2*

*ita ab omni mundanarum rerum cura prorsus alienus debet esse Prædicator, vt veraciter in omnibus seipsum præbeat exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate vitæ, in grauitate morum, verbum sanum irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, id est, secularis, vereatur nihil habere malum dicere de nobis. Debent ergo Prædicatores esse in medio nationis prauæ sicut luminaria in mundo: Nam Ecclesia habet, (vt Bernardus ait) celos suos, id est, Prædicatores; homines spirituales, vita, & opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, charitate largos, contemplatione suspensos, & hipluentes salutarē verbi pluuiam, tonant in reprobationibus, coruscant miraculis, id est, sanctæ conuersationis operibus. Hi enarrant gloriam Dei, & ambulantes super omnem terram, legem vitæ, & disciplina digito Dei scriptam in*

*S. Bernar.  
serm. 27. in  
Cantic.*

*Nota.*

*seruet.*

# CAPVT QVARTVM. 18

semetipsos ostendunt, ad dandam scientiam salutis plebi eius  
 prædicant Euangelium pacis, quia Salomonis veri sunt  
 pelles rubricatæ, id est, omnium virtutum fulgore conspi-  
 cuæ. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & ho-  
 minibus. Ita plane ait idem sanctus Bernardus, quod **1. Cor. 4.**  
 si oculi omnium in nos, exhibeamus nos ut Christi, & E-  
 uangelij ministros in multa patientia, in laboribus multis  
 in vigiliis, in ieiunijs, in castitate, in charitate non ficta, in  
 virtute Dei, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut  
 egentes, multos autem locupletantes spiritualibus diuitijs  
 nihil habentes, & omnia possidentes: Quia nihil dicit ti-  
 mentibus Deum. Sic enim in oculis omnium, celsè, glorianter **2. Cor. 3.**  
 possumus dicere: Quod Deus nos fecit idoneos ministros, no-  
 ui testamenti non littera, sed spiritu. Nota idoneas, perfecta  
 scientia, & vita, ait Interlinealis, non littera, sed spiritu  
 quia nouum testamentum prædicari debet per infusionem  
 Sancti Spiritus illuminantis corda Prædicatorum per  
 cognitionem veritatis, & inflammantis affectum per ar-  
 dorem charitatis, ait Lira.

Has virtutes in Prædicatoribus reperiendas tangit  
 sanctus Iob dicens: Si habes brachiū sicut Deus, & simili **Iob. 40.**  
 li voce tonas, circumda tibi decorem, & in sublime erige-  
 re, & esto gloriosus. Nota, si habes brachiū, sicut Deus ad  
 faciendum bona opera. Si simili voce tonas, id est, prædicas  
 Euangelium, non Virgiliū, aut Poetas, circumda tibi, decorem  
 virtutum, scilicet, & honestatē vitæ, & bonæ famæ. In su-  
 blime erigere quantum ad intentionem pro honore Dei, &  
 saluatione animarum, non pro vana gloria, ut sanctus  
 Thomas ait prædicans pro vana gloria, etiā si post penite-  
 at, non lucratur coronam, & laureolā, quia opus illud fuit  
 mortuum, & post penitentiam non viuificatur, licet, pec-  
 catum remittatur. Esto gloriosus, id est, eris gloriosus, sic  
 prædicando habebis gloriam æternam. **S. Vincent. Ferrer.**

Item sanctus Iob ait: Spiritus eius ornauit celos, & **Iob. 28.**  
 obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Or-  
 nauit celos, quia sicut firmamentum ornatur stellis, sic  
 impireum ornatur Angelis, de quibus eductus est colu-  
 ber tortuosus, id est, diabolus. Obstetricante manu eius,  
 id est, potentia Dei, extractus est in iudicium magni di-  
 ci.

# CAPVT QVARTVM.

ei, sub caligine, vinculis ignis æterni reseruatus.

S. Greg.

Aliter, Spiritus eius ornatit celos, id est, sanctos Apostolos, quorum ornamenta Paulus enumerat, dicens: *Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo sciētia, alteri fides in eodẽ spiritu, alij gratia sanitatũ, alij operatio virtutũ, hæc autẽ operatur idem Spiritus diuidens singulis, prout vult.*

S. Vincen.  
Ferr.

Aliter Spiritus eius ornatit celos, id est, sanctos Prædicatores, qui eius donis, & virtutibus ornati, tanquam cæli enarrant gloriã Dei. Nã per donum sapientiæ afficit animam, ad diuina dulciter, & deuotẽ contẽplanda: per donũ intellectus, rimatur secreta mirabilia in Scripturis sanctis contenta per donũ consilij, vt è duobus malis minus eligat, vt hic pro suis peccatis pæniteat, ne in æternũ crucietur: per donũ fortitudinis, carnalia desideria, quæ militãt aduersus animã reprimẽdo diaboli suggestiones, circa honores appetendos, diuitias, & delicias curandas viriliter profligando: per donũ scientiæ in agẽdis, & operandis irreprehensibiliter se gubernando: per donum pietatis, Deum, & quæ Dei sunt deuote tractando, per donum timoris, se à peccatis abstinendo, non tam timore pœnali, quam filiali, quo anima, quanto Deum feruentius diligit, tanto solertius cauet offendere.

Nota.

Glossa.

Qui his Spiritus Sancti donis ornatus fuerit, mirabilia in Ecclesia faciet, quia vt Glossa ait: Prædicatores nisi promissa Paracliti dona susciperent nullo fortitudinis decore claruissent, & sic soluber tortuosus eiectus est ab Ecclesia de cordibus humanis, in quibus habitabat tanquam in proprijs cauernis.

S. Chrysost.

Et nota attente, quod Christus in Regno militantis Ecclesiæ in paucis regnat per fidem, quæ per dilectionẽ operatur; diabolus autem in multis regnat per vitia, & peccata: nam vt eleganter, & subtilititer Chrysostomus hom. 14. in Math. operis Imperfecti dicit: *Aliud est Regem esse, aliud regnare, Christus naturaliter est Rex, constitutus à Deo super Sion montem sanctum eius, id est, Ecclesiam, tamen in paucis regnat, in his, qui faciunt eius voluntatem; diabolus autem, & satellites eius in multis, qui eorum sequuntur suggestiones.* Nam Lucifer regnat in superbis, quia ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Mā-

Iob. 41.

Math. 6.

# CAPVT QVARTVM. 19

mona in alijs regnat per auaritiã, Asmodeus regnat in permultis per luxuriã, Beelzebub, qui vir muscarum interpretatur, id est, malarum cogitationum, quia malas cogitationes, odia, rancores immittit, quæ velut muscæ ad animam peruolant, & eam commaculant. Beelphegor regnat per gulã, de quo scriptum est, initiati sunt, Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum, Astharot regnat per inuidiã, & Baalim regnat per pigritiã, de quibus scriptum est, auferte de medio vestri Deos alienos Baalim, & Astharot, quapropter Euangelicus Prædicator ad expugnandos hos principatus, & principes tenebrarum expelendos de regno militantis Ecclesiæ, debet se munire armis virtutum, & munitionibus donorum, & Scripturarum sanctarum fortissimis instrumentis, quia vt Prædicatorum Magister docet: *Optimum est gratia stabilire cor, non esca carnalibus.* Optimum est stabilire cor, & falciri floribus virtutum, riparari malis bonorum operum, optimum accingi gladio spiritus, quod est verbum Dei, ad fortiter illud vibrandum contra inimicos Crucis Christi, optimum, & saluberrimum est inuitos bellũ contra istos Reges, prius computare sumptus, qui necessarij sunt, id est, habere magnã Scripturarũ sanctarum notitiã, securã conscientiam, bonã vitam, & sanctã conuersationem, & bonã famã. ( hi sunt sumptus necessarij, vt ait sanctus Vincentius Ferrer ) ad bellum gerendum contra istos Reges ( sed heu ! heu ! quia in Prædicatoribus hæc deficiunt in Regno Christi, aereque potestates permixte principantur ) optimum denique sedere in ciuitate, in sanctis meditationibus, & feruentissimis orationibus, donec induantur virtute ex alto ad fortiter, & feruenter sagittas verbi Dei iaciendas in corda inimicorum Regis, & dicere, persequar inimicos meos, & non reuertar donec deficiant, & isti colubri tortuosi extrahantur de cordibus fidelium.

*Psal. 105.*

*1. Reg. 7.*

*Ad Hab. 13*

*Cantic. 3.*

*Psal. 41.*

*S. Vic. Ferr.*

*Notu.*

*A Hor.*

Quia si spiritus mundi, qui teste Bernardo, vanitatem docet, & spiritus carnis, qui voluptatem præferebat, & spiritus malitiæ, qui odia, & discordias inter fratres seminat, in cordibus prædicantium resident, qui eiusdem

*S. Bern. hoc de diuersis spiritibus.*

## CAPVT QVINTVM.

Luce II.

naturæ qualitatis, & malitiæ esse noscuntur, quomodo de cordibus audientium immundos spiritus profligabunt, quia vt ipsa veritas arguendo testatur: *Si enim Sathanas diuisus non est, Regnum eius stabit, si autem diuisus fuerit, quomodo regnum eius stabit?* Per Spiritum Sanctum, qui contrarius est illis, regnum eorū diuiditur, & dilapatur. Requiescat ergo in animabus Prædicatorum Spiritus Sanctus, & prius ab eorum cordibus, spiritus mundi, spiritus carnis, & spiritus malitiæ prorsus eliminentur, & post facile erit per eiusdem Spiritus Sancti virtutem, serpentes tortuosos a cordibus auditorum extrahere. Hæc sufficiant pro hoc capite.

## CAPVT V.

IN QVO AGITVR, CVM.  
quanta puritate, & cordis munditia verbum Dei sit prædicandum.

Eceles. 14.

Glossa.

S. Greg. lib.  
7. moral. ca.  
16.

2. Reg. 7.  
2. Cor. 3.



AGNA sanctitas, magna puritas, in Evangelico Prædicatore reperiri debet, vt Dei mysteria annuntiando, fidelium mentes ad virtutum iter reducere valeat. Quia scriptum est: *Qui sibi nequam, cui bonus?* Quasi dicat, qui sibi inutilis est, quomodo alijs proficiet? qui in se frigidus manet, alios quomodo calefaciet? Iterum: *Ab immundo quid mundabitur?* Vnde sanctus Gregorius ait: mundus debet esse à vitijs, qui aliena corrigit. Eo quod non bene in alio maculam videt oculus, quem puluis grauat, nec tergere valet sordes manus, quæ lutum tenet. Quod ad Dauid, circa exteriora bella laborantem vox diuina insonuit, cum dicit: *Non tu edificabis mihi templum, quia vir sanguinum es. Dei templum edificat, ait sanctus Gregorius, qui corrigendis atque instruendis pro-*

proximorum mentibus vacat: Templū Dei nos sumus, qui ad veram vitam ex eius habitatione construimur, Paulo dicente, templum Dei sanctum est, quod estis vos, sed vir sanguinū Deo templū edificare prohibetur, quia qui adhuc actibus carnalibus incumbit, non esse est, ut instruere spiritualiter mentes proximorum erubescat. Hæc Gregorius.

Sunt enim Prædicatores Evangelici oculi Ecclesiæ sicut sanctus Chrysostomus: Quia vident in Scripturis sanctis Dei mysteria populis prædicanda. Qui prorsus debent esse mundi, & valde curare, ne fumus superbix eos obscuret, ne pulvis terrenæ cupiditatis offendant, ne albugo carnalis concupiscentiæ commaculet. Audiamus Melisilum Bernardum, immo Christum in eo loquentem pariter, & docentem, quantam puritatem, & sanctitatem Prædicatores portare debeant, quando ad suscitacionem animæ, quæ fit per verbum vitæ accedunt; ait enim: *Primo peccata confitearis tua, quam admundanda accedas aliena, magnum, & admirabile est Sacramentum anime suscitatio. Vide ne immundus accedas ad illud, quia vero innocens esse non potes, labia inter innocentes manus tuas, ad altaris ministerium nemo accedit in veste communi, sed albissimis induitur vestimentis, & tu cum ad Domini properas monumentum, ubi anima iacet mortua, dealbare, induere vestimentis gloriæ, ut dicatur tibi, confessionem, & decorem induisti: nam ubi confessio, ibi pulchritudo apparet; legimus enim cuius vita despicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur, sermo enim vitæ, & efficax est exemplum boni operis, facile persuadens, quod insendimus, dum factibile probat, quod suademus.*

S. Chrysost.

S. Bern. ser. 2. de resurrectione.

Doctrina notanda.

Hoc idem docet sanctus Ioannes Damascenus his verbis. Oportet te prius mundari, & sic alios mundare, & sapientem prius fieri, & alios postea sapientes facere, lumen fieri, & sic alios illuminare, accedere ad Deum, & alios ad Deum adducere, prius te sanctificari, & sic alios sanctificare, manus habere rectas, & sic aliis rectum dare consilium. Cum magna attentione verba huius sancti Doctoris sunt percipienda, in quibus fere inuenies omniū

S. Ioan. Damascenus.

Nota.

# CAPVT QVINTVM.

virtutum abbreviationem, quibus animus Prædicatoris debet ornari, ad sanctè, & deuotè ministerium suum implendum.

*S. Gregor.*

Differens beatus Gregorius illa verba, Lucae 10. *Mis- sis quidem multa, operarij autem pauci.* Sic ait hom. 17. in Euangelia: *Licet sint multi, qui audiant; pauci autem sunt qui dicant, quod sine graui dolore loqui non possamus. Ecce totus mundus plenus est Prædicatoribus, & Sacerdotibus, & in messe Domini quasi nullus inuenitur operatar.* Nota quasi nullus, quia per pauci inueniantur, qui ministeriũ verbi tractent cum illa sanctitate, & puritate, quibuscũ est quidem prædicandum.

*Origenes Iu- dicum 6. ca- pit habetur in Glosff.*

Mysterium abluitionis pedum discipulorum Christi ponderans Origenes ait in Iudicum cap. 6. aqua missa in peluim ros erat gratiæ cælestis, quo labantur pedes discipulorum. Mitte Domine aquam in peluim, & laba pedes, id est, affectus seruatorum tuorum, diuie sordes, laba pedes animæ nostræ, vt imitantes te, teque sequentes, exuamus nos vestimenta vetera, dicentes exui me vestimenta mea, quomodo induar illa? laui pedes meos quomodo inquinabo illos? culpam scilicet iterando, cũ laueris pedes meos, statim me facies recumbere tecum. Volo ego labare pedes fratrum meorum, ideo haurio aquam de fontibus Israel, id est, de libris duorum testamentorum, vt omnes purificati per verbum non abijciantur de thalamo sponsi, pro sordidis vestimētis, sed candidis vestibus, lotis pedibus, & corde mundo recusabamus in coniugio Iesu Christi. Hæc Origenes. Prius ergo debet Prædicator multis lacrimis, & continuis orationibus petere à Iesu, vt animæ suæ pedes labet rore cælesti à puluere terrenorum, & sic accedere ad labandos pedes fratrum suorum, hic rectus ordo, suavis, & necessaria dispositio.

*Isaiæ 40.*

*Glosff.*

Hanc Prædicatorum munditiam, & pednam, id est, affectuam puritatem sanctus Propheta Isaias prædicens ait, cap. 52. *Quam pulchri pedes prædicantium pacem annuntiantium bona.* Nota quam pulchri pedes à puluere terrenorum, *super montes virtutum,* pedes, id est, affectus annuntiantium pacem, id est, Apostolorũ, & virorũ

*Apo-*

Ap ostolicorum, ait Interlinealis: O quam pulchri pedes prædicantium pacem hominibus bonæ voluntatis, ait Ailredus, pulchri sane pedes, quibus nec saltim pulvis adhæreret, sed veluti posita in peluim aqua ab ipso Christo diluitur, aut in ipsos, pro quibus contrahitur, Christo iubente, excutitur quid quid Prædicatores ex occasione sui officij terrenarum affectionum pulueris cōtrahunt, vel ab ipsa charitate, pro qua contrahitur, Christo operante diluitur, vel in ipsos pro quibus laborant, si ingrati fuerint, refunditur. Ita Ailredus.

*Ailredus.*

Quam pulchri pedes prædicantium pacem: Qui sunt prædicantes bona cælestia, ait sanctus Gregorius in explanatione 7. Psalmorū penitentiæ, nisi Apostoli Christum prædicantes, ipse est pax nostra, Paulo attestante, qui fecit utraq; unū per pedes Euangelizantiū, affectus intelligimus Apostolorū; qui quidē speciosi erant, uādo nō sua cōmoda, sed auditorū utilitatē quærebūt; speciosi quidē erāt, qui terreni lucri inquinamēta ex ipso operationis suæ incessu nō contraherent. Namq; corporeos de habere speciosos Prædicatores dicimus, quādo nulla cænossa vitæ labe fedamur, quia ergo ex prædicationis officio terrenas diuitias Apostoli non quærebant, recte de eis dicitur, quia pedes eorum speciosi erant. Ita sanctus Doctor.

*S. Gregor. eleganter.*

Valde enim debent Prædicatores esse à terrenarum rerum ambitu, & diuitiarum, deliciarum, & honorum appetitu alieni, vt veraciter dicere possint, nostra conuersatio in cælis est, & oculi mei semper ad Dominum, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Dicant ergo sæculares Prædicatorum sanctam conuersationem videntes, cogitatio eorum apud Altissimum. Ideo Prædicatorum Magister Christus ad prædicta eos exhortando dicit: Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neq; duas tunicas. Prædicator verbi, ait Lira, debet esse absolutus ab omni sollicitudine temporalium, quia animum perturbant in sui acquisitionem, & plus in eorum possessione. Et Glossa ait: ab his omnibus debet esse alienus Euangelicus Prædicator, aurum, argentum, & pecuniam; qui habent, videntur non causa salutis prædicare, sed lucri. Nolite ergo possidere aurum, neque argentum: Qualis debet

*Ad Phil. 3.*

*Psal. 13.*

*Sapient. 5.*

*Matth. 10.*

*Lira ibi.*

*Glossa ord.*

# CAPVT QVINTVM.

*Ambrosius.* debet esse, ait Ambrosius, qui Euangelizat Regnum Dei, præceptis Euangelicis designatur, ut sine virga, pera, & calceamento, sine pane, sine pecunia, id est, subsidij secularis adminicula non requirens, fideq; tutus putet sibi, quominus ea requirat magis posse suppetere. Quæ possunt intelligi, ut spiritualement tantummodo locus iste videtur formare affectum, qui velut vestimētum quoddam corporis videatur exuiss., non solum potestate reiecta, contemptisq; diuitijs, sed etiam carnis suæ illecebris abdicatis. Ita Ambrosius. Et nota, in Marco conceditur Prædicato-ribus portare sandalia, & virgam, quod Mathæus, & Lucas negare videntur, ad quod Venerabilis Beda respondet: Matheus, & Lucas virgam realiter accipiunt, in qua sæculare subsidium exprimitur; quod prohibetur. Marcus virgam potestatem accipiendi necessaria a sub-  
*1. Cor. 9.* dicit intelligit, quia dignus est mercenarius mercede sua. Et Paulus dicit: Si vobis spiritualia seminamus, quid si vestra temporalia metamus?

*Difficultas soluitur.*

*Nota.*

*Glosa ibi.*  
*4. Reg. 4.*

*S. Ber. eleg.*  
*& deuots.*

Neminem per viam salutaueritis, non tollitur vrbani-  
 tas, neq; alternis vicibus nos ipsos salutemus, sed quam expeditus esse debeat verbi diuini Prædicator ostenditur, ut nulla res sæculi huius eum retardet ad instar ser-  
 ni Elisei ad suscitationem mortui properantem, sed al-  
 tius huius verbi mysterium declarantem Bernardum at-  
 tentè audiamus; ait enim: *Euangelica sanctione præcep-  
 tum est, ut in via mortalitatis huius terrenis affectibus  
 inberentem neminem salutemus. (periculosa enim est sal-  
 uatio eorum, qui terrenis facibus implicantur) Quos au-  
 tem ab hac vita suspensos viderimus illis secure saluta-  
 tionis gaudium offeramus. Vnde in Euangelio tria saluta-  
 tionis genera legimus: nam Maria Virgo, Elisabeth salutauit,  
 Angelus etiam Mariam, & Iesus suos Discipulos, post  
 Resurrectionē salutauit. Cum ergo viderimus eos, qui in ste-  
 rilitate vitæ huius serui erant, montana confessionis a-  
 scendentes feruorem prænitentiæ, quasi filii corde concipere  
 illis in verbo Domini remissionis, & gratiæ, veniæ lar-  
 gitatem debemus offerre. Quos vero in castitate Domino  
 deseruire conspicimus, inuitando ad meliora benedictionis,  
 & gratiæ fecunditatem offeramus. Quos vero in conclau-*

# CAPVT QVNTVM. 22

remotioris vita positos ad imitationis Apostolica fastigiū tendere viderimus, illis quietis, & pacis soliditatem vocis misterio secure spondeamus. Ita Bernardus.

Si ergo adhuc non es mundatus, & peccatores libertate reprehensionis non vulnerasti, dic cum Isaia, vā mihi, quia tacui, Oziam, & alios non reprehendi, & vir labijs polutus ego sum, pete à Deo vt è cælo mittat Angelum suum, qui calculo ignito de altari sumpto, os tuū tangat, vt auferatur iniquitas tua, & peccatum tuū mudetur, hoc totum in Isaia Prædicatorem signante, & figurante demonstratum est. Est enim lex Domini immaculata conuertens animas, & sic immaculatum requirit Prædicatoris animum ad peccatores conuertendos. Est valde notandum, quoties Propheta Regius per Spiritū Sanctum mundari petiit, vt prædicationis ministerium sancte, & deuote exequatur, dicens: *Auerte faciem tuā à peccatis meis; & omnes iniquitates meas dele, cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum inuoua in visceribus meis, rede mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Et subdit: *docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Quid mirum fratres? quod ad illius prædicationem peccatores conuertantur, cuius animus per Spiritum Sanctum toties purgatus inuenitur.

Isaia 6.

Lira ibi.

Psal. 50.

Mirantur multi beatum Petrum in die Pentecostes in prædicatione vna tria animarum milia conuertisse. Nō attendentes, quod prius dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequi sumus te, tua mirabilia videndo, tecum tribus, & dimidio annis conuersando, tuas virtutes imitando, & post eius resurrectionē illis diebus, ieiunijs, vigilijs, & orationibus intendendo, & sic dispositi Spiritū Sanctum acceperunt, & eius donis repleti ceperunt loqui, & mundum conuertere.*

Actor. 2.

Fac tu similiter relinque omnia, diuitas contemne, delicias aspernare, honores paruipende, sequere Christum eius mirabiles virtutes imitando, cum illo tribus annis & dimidio conuersando, disciplinis, & ieiunijs, & meditationibus intendendo, & sic dispositus recipies Spiritum Sanctum, & mirabilia in eius Ecclesia facies. Quia idem

# CAPVT QVINTVM.

S. Bern.

Isaie 59.

Deut. 26.

Exod. 25.

Explicatur  
figura.

S. Gregor.

Dominus, vt ait Paulus, diues in misericordia, diues in omnes, qui inuocant illum. Numquid ait Bernardus, avarus, aut inops factus est Deus? impotens aut inexorabilis? absit hoc; *Ecce non est abbreviata manus Domini, vt saluare nequeat, nec agrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestra diuiderunt inter vos, & Dei & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiat.* Nota diuiderunt, tanquam murus interpositus, ait Glossa, ne cælestes immisiones, & eius dona ad nos transire valeant. Dicamus ergo cum Dauid: in Deo meo transgrediar murum, peccatorum scilicet, iste murus timore mortis quatitur, tremore venturi iudicij dissipatur, horrore pœnarum infernalium pœnitus prostermitur. Et sic faciem Domini ad nos conuertemus, & eius gratias, dona, & virtutes recipiemus, quia scriptum est, respiciam vos, & crescere vos faciam in virtutibus, & donis, & multiplicabimini gratijs eius, quia omnia ista per maxime sunt necessaria, ad Dei verbum debite seminandum, & vt istam Prædicatorum puritatem ampliorem faciamus. Notandum venit, quod in lege veteri Exodij 25. præcipiebat Deus, quod in Templo esset candelabrum aureum cum septem calamis ex eo pendentibus in quibus etiam erant septem lucernæ, quæ coram Sancta Sanctorum semper lucerent. Sed quia ex eis erant producendæ fauilæ, tex ordinauit, quod emunctoria essent ex auro purissimo. Videamus quid spiritus dicat Ecclesijs. In Dei Ecclesia sicut fideles, qui tanquam lucernæ sanctis desiderijs ardere, & exemplis bonorum operum lucere debent, vt Christus docet, sic luceat lux vestra coram hominibus, vt glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est, sed quia secundum naturæ fragilitatem fauilæ deficere non possunt, prouidit Deus, quod in domo sua forcipes essent, qui sunt Prædicatores, & confessores. Isti enim non ex ære aut ferro, sed ex auro purissimo fiunt, quia maxima puritas requiritur in his, qui aliorum superfluitates tenentur emungere. Quomodo Prædicatores, homines carnaliter viuentes in vitijs, & voluptatibus degentes, reprehendere audebunt, si ipsi in similibus peccatis implicati reperiuntur, quia vt sanctus Gregorius

rius

rias ait: tunc caro à vitiis restringitur, cum mens virtutibus exercetur, ille namq; vberes fructus prædicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmissit.

*Dentes tui*, ait Sponsus Sponsæ Cantic. 4. *Sicut greges tonsarum: quæ ascendunt de labraeo omnes venelis fætibus, & sterilibus non est in eis. Dentes Ecclesiæ sunt Prædicatores*, ait sanctus Bernardus, *præscindentes à vitiis sæculi peccatores, & in corpus Ecclesiæ trajicientes, candidi in conscientie puritate fortes sunt, quibus tribulatio pro solatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ducitur. Hi carnem non habent, quia in carne, carnis obliti. Corio carent, quia nitorem mundanarum rerum non habentes in pace in id ipsum dormiunt, & requiescunt, cibum toti corpori masticantes nullum saporem sentiunt, nullam gloriam sibi assignantes, sed in omnibus gloriam Dei, & animarum salutem quarunt. De labraeo ascendunt, ut mundando cordis studiosos probet, quia mundis corde diuina sit repro nissa cognitio. Vides quomodo lotos, & irreprehensibiles oportet esse eos, qui aliorum excessus debent remordere, & corrigere? quomodo lotos, & mundos corde esse, debent qui diuini sermonis debent dispensare alimoniam, & arcanos secretioris verbi discutere sensus, sapientiæ intima rimari, & ruminare sancta. De istis, iterum scriptum est Gen. 49. *Dentes eius niue candidiores. Bene niue candidiores*, ait Isidorus, quia candidi, mundi, & puri debent esse Prædicatores, & ab omni macula liberi. Et iterum scriptum est, Trenor. 4. *Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, & saphiro pulchriores. Candidiores niue propter castitatem, ait Litanus, nitidiores lacte propter honestatem, rubicundiores ebore propter charitatem, & saphiro pulchriores, propter celestium contemplationem.**

Vidimus iam quantam puritatem, & cordis munditiã habere debeant Euangelici Prædicatores, sed attendamus de multis Prædicatoribus huius temporis quid loquatur nobis Dominus per os Sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum eius, ait Ieremias Trenor. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Quia in eis innocentie splendor malitiosè nocte fuscavit*

Cantic. 4.

S. Bern. ser. 63 in cant.

Gillebertus Abbas ibi.

Genf. 49.

Trenor. 4.

Nota.

Trenor. 4.

muta-

## CAPVT QVINTVM.

*S. Greg.  
Glossa ord.*

*Magister Li  
ranus.*

*Iob. 41.*

*S. Greg. lib.  
34. moral. c.  
12.*

*Doctrina  
notanda.*

Mutatus est color optimus, quia sanctitatis habitus, & charitatis ornatus, in vilitatē veterē degeneri conuersatione redierunt filij Sion incliti reputati sunt in vasa testea. Vox Ecclesiæ, ait Glossa, mutationē plorātis, incliti sãctitate obscurati sunt sordibus delictorū, vita ministro rum Dei sordibus fuscata, quondam gloriosa, nunc per negotia sæcularia obscurata. Color optimus sanctitatis, & virtutis per terrena, & abiecta mutatus, denigrata est facies eorum super carbones per infamiam malæ conuersationis, & non est cognita effigies eorum in plateis: nam effigies sanctorum Patrum deleta est in eis, aruit caro eorum, propter defectum deuotionis, antiquitus omnes gemelis fætibus, nunc temporis perpauci, qui verbo pariunt, & exemplo, sterilis non est in eis, sed nunc omnes fere infecundi, quia in se ipsis deuotionis, & compunctionis steriles, alios similes ostendunt.

Iam nostris exigentibus peccatis impletum cernimus, quod sanctus Iob mystice prædixit dicēs: *Sub ipso erunt radij solis, bi qui intra sanctam Ecclesiam, ait Gregorius, per acumina sapientia quasi radios videbantur lucis aspergere, & per auctoritatem rectitudinis splendere. Potestati Leuiathan, id est, diaboli, iniqua se operatione substerunt, ut non iam recta prædicando desuper luceant, sed ei peruerse obsequendo famulentur. Solis radij sub ipso sunt, cum Prædicatores sapientia suæ acumina, non libere agendo subleuant, sed ad vestigia istius, & peruersitate operis, & blandimento adulationis inclinant, ut intelligentia, quæ illis sicut sol fuit ex cælesti munere, antiqui hostis pedibus substernatur ex terrena operatione. Toties radij solis sub ipso sunt, quoties docti, & intelligentiæ luce potentes, vel despectis cæteris in elationem se erigunt, vel summa quæ sapiunt posponentes, sordibus carnis desiderijs inquinantur, vel obliti cælestium serrena ambiunt, vel non reminiscentes, quia terra sunt, de cognitione cælestium inaniter gloriantur.* Hæc sanctus Doctor.

Quæ verba sancti Doctoris cum timore, & tremore debemus legere, & intelligere, quia nõ vt Doctor sed potius vitam, & conuersationem Prædicatorum præsentium, vt Propheta diuinitus manifestauit, vt deinceps non sub

pedibus Leviathan iam substernamur, vanitatem sequentes, sed sub pedibus solis iustitiæ lachrimis, & suspirijs obuoluamur, veritatem amantes, ab eo humiliter petentes, vt à nobis tenebras peccati, & ignorantie misericorditer expellat, vt sanctorum Predicatorum sanctitatem, innocentiam, munditiam, & puritatem imitantes Dei verbum recte tractemus, Dei gloriam, & animarum salutem semper curantes, & sic ad vitæ eternæ brabium perueniamus, ad quam nos perducatur, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuunt, & regnat in secula seculorum. Amen.

CAPVT VI.

IN QVO AGITVR, DE gratia Dei, & quam sit necessaria ad Dei verbum debite predicandum.



ICTVM est de virtutibus, sanctitate, & puritate, quibus verbum Dei est annuntiandum. Restat dicendum de Dei gratia per quam sanctitas, & puritas adquiruntur, vt sanctus Thomas docet: *Gratia est diuina*

*qualitas, qua anima afficitur ad Deum amandum, est etiam motor animæ, in eam pulchritudinem diuinam causans in oculis Dei, sicut corporis pulchritudo in oculis hominum gratiam quandam causare videtur.* Est enim donum celeste, quo grati sumus Deo, & iustificamur in gratia ipsius, id est, Christi, vt Paulus ait. Distinguitur duplex gratia præueniens, & subsequens: præuenit, vt Paulus docet, vt iusti efficiamur nos vocando, subsequitur, vt glorificemur, præuenit, vt sanemur, subsequitur, vt sanati vegetemur.

S. Thom. 2.

2. q. 110. ar.

2.

S. Agust.

Est præterea gratia lumen animæ, faciens hominem peccatum suum cognoscere, & Deum super omnia diligere, illiq; firmiter inhzrere, sicut radius solis ait S. Fulgentius, totum mundum illuminat, ita diuina gratia

S. Fulgen.

## CAPVT SEXTVM.

*Psal. 118.*

totum hominem subira uisitatione illustrat. Ideo Dauid petebat: *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiã in morte, id est, peccato. Iterum, reuela oculos meos gratia scilicet tua, & cõsiderabo mirabilitate lege tua.* Est itẽ gratia animæ fortitudo eius pedes, id est, affectus, & desideria confortans, & corroborans, ut per viam mandatorũ curramus, quia ut Gregorius ait: *Mens nostra nullo modo ad superna graditur, nisi à terrenis separetur, & Dei gratia præueniatur, tunc saliet sicut cernus claudus, quia sine me, id est, mea gratia nihil potestis facere.*

*S. Greg.*

*Luce 6.*

Est item sanitas animæ, quia cum Dei gratia animæ lepra, id est, peccatum curatur, & omnes sanantur infirmitates: *Quot quot tangebant illum, id est, Christum curabantur omnes.* Et maxime vitia carnis, ut ait Bernardus, intus cognoui præsentiam Dei ex fuga vitiorum, quæ oppreferant affectum meum. Et Glossa ait: in quocunque Deus per gratiam adest, mox vniuersa bella quiescunt.

*Ezech. 36.*

Per gratiam Dei aures animæ aperiuntur, ut verbum Dei audiat, & duritia cordis tollitur, & molescit, ut in eo diuinæ inspirationes imprimantur, quia dicitur Ezechielis 36. *Aufferam cor lapideum à carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & ponam spiritum meum in medio vestri, id est, gratiam meam, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis.*

*Psal. 83.*

*Iob. 14.*

Per hoc donum celeste anima in peccatis mortua suscitatur: *Mortui enim estis in peccatis vestris,* ait Paulus ad Galat. 2. *Set per Christum, id est, Christi gratiam uisificati estis.* Iterum ad Hebreos 9. *Emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis,* id est, peccatis, ait Glossa, *ad seruiendum Deo uiuenti.* Iterum, *uiuo ego, iam non ego, uiuit autem in me Christus per suam gratiam.* Ideo Dauid petebat *Psal. 40. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me ad uitam,* gratiæ scilicet, qui per adulterij, & homicidij peccatum mortuus iacebam, quia gratiam, & gloriam dabit Dominus, qui solus suscitatur mortuos, & solus potest facere mundum de in nundo conceptum femine.

Per gratiam Dei anima pauper, diuitiis ditatur cælestibus, & spiritualibus donis repletur. Siqui dem homo per

per peccatū fit pauper, miser, cæcus, & nudus, sed à Deo misericorditer inuitatur, & suadetur: *Vt emat sibi aurum ignitū, & probatum, id est, gratiam, & charitatē, vt loquplex fiat, sine quibus anima ditari non potest, vt scriptum est sapientix 7. Venerunt mihi pariter omnia bona cum illa. Et nihil habentes, cum illa omnia possidentes; ideo S. Augustinus ait: Domix qui te habent, omnia possident, & qui te non habent, etiam si omnia videantur habere, nihil habent.* Hinc Rabanus dicit, gratia Dei est ordinatrix virtutum, forma morum, dulcedo affectionum, communiō bonorum, dubiorum interpretatrix, maiorum excusatrix, doctrix omnium mysteriorum. Et sanctus Bonaventura ait, gratia Christi donum Dei, per quod anima efficitur Sponsa Christi, Filia Patris Aeterni, & Sancti Spiritus Templum. Hæc omnia, & alia multa per Christum nobis donata sunt, per quem maxima, & pretiosa nobis donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ confortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Nota, maxima, & pretiosa, id est, Spiritum Sanctum, & eius dona, & virtutes, ait Lira. Hæc denique Dei gratia, ait sanctus Basilius, est dulcissima anima, dulcis in lectione, dulcior in meditatione, dulcissima in contemplatione, super dulcissima in fruitione. Hoc dulcissimo cibo iustus delectatur in conscientia bona, & secura, vt dicitur Prouer. 15. *Conscientia secura quasi iuge conuiuium.* Quia sicut ex abundantia ciborum corpus lætatur, ita conscientia iustorum ex recordatione bonorum operum iugiter lætificatur.

Nota gratiæ excellentiā maximam, vt ait S. Thomas 1. 2. q. 113. art. 2. & 3. homo per bona opera, prout procedunt à libero arbitrio solum, non potest consequi vitam æternam, potest adipisci per sua opera, corporis sanitatem, bonam famam, & alia multa, quæ sunt effectus proportionati suorum operū. In hoc sensu loquitur beatus Paulus ad Rom. 8. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Si vero bona opera, & virtutes procedunt à principio increato, id est, Deo, qui suam per gratiam illuminat intellectu, & voluntatem inflammat, ad bona opera fa-

Apoc. 3<sup>o</sup>

Sapient. 7<sup>o</sup>

2. Cor. 6<sup>o</sup>

Rabanus.

S. Agost.

S. Bonauen<sup>o</sup>

2. Petri c. 1

Glossa.

S. Basil.

Prouer. 15<sup>o</sup>

Glossa.

S. Thom. 1<sup>o</sup>

2. q. 113. art.

2. & 3.

S. Vincent.

Ferrer.

## CAPVT SEXTVM.

cienda, sic sufficiunt ad vitam æternam consequendam, quia principium est Deus operans in homine per suam gratiã. Hoc docet Doctor Angelicus, & probat per exemplum de aqua, quæ procedit de alto loco, de qua si loquamur, vt est ponderosum elementum naturaliter nõ potest ascendere, si vero loquamur in quantum procedit de alto loco potest ascendere, quia aqua naturaliter tantum ascendit, quantum descendit. Similiter est dicendũ de hominis operibus, si loquimur respectu principij creati, id est, liberi arbitrij non possunt talem effectum producere, vt gloria habeatur ex eis, quia non sufficiunt respectu naturæ; si verò loqui volumus prout procedunt ex alto, id est, à Deo, sic sufficiunt ad vitam æternam consequendam, iuxta hunc sensum loquitur Christus, Ioan. cap. 4. *Aqua, id est, gratia, (quæ refrigerat, & munda à peccatis) quam ego dabo ei, id est, homini, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Nota salientis id est, salire facientis in vitam æternam, quia cum gratia à throno Dei, & agni procedat, ad thronum vsq; Dei animam eleuat.

*Ioan. 4.*

*Glossa.*

*Effectus mirabiles gratiæ.*

*Oseas.*

*Exemplum.*

*Psal. 143.*

Per istam ergo Dei gratiam homo à peccatis liberatur, & in vita spirituali conseruatur, & tandem peruenit ad vitam æternam Paulo, attestante: *Gratia Dei vita æterna, adquiritur, & possidetur.* Primo homo per gratiam Dei exiit à peccato, quia homo est spiritus vadens, & non rediens, vadens per liberum arbitrium in nihilum, id est peccatum, quia nihil fiunt homines cum peccant, ait Augustinus, & non reuertitur ad statum scilicet gratiæ per se, sed Dei auxilio, quia ait Oseas cap. 13. *Perditio tua Israel ex te, tantum modo auxilium tuum ex me.* Nota mirabile exemplum, quilibet vestrum se proijcere potest in puteum profundum, sed inde exire non valet sine alterius auxilio, mitendo chordam, vel scalam ei. In abyssum peccati potest quilibet per liberum arbitrium se proijcere, sed inde exire non potest sine chorda diuinæ gratiæ. Hoc bene sciebat, qui dicebat: de profundis clamavi ad te Domine. Iterum educ me de lacu miseræ, & de luto fœcis. Emitte manum tuam de alto, id est, auxilium gratiæ tuæ, & libera me de aquis multis, quia aque mul-

multæ peccatorum intrauerunt vsq; ad animam meam. infixus sum in limo, & non est substantia, in me scilicet nisi iterum de abyssis terræ reducas me de miseria meâ, in misericordia tua motus.

Notare debemus duplex auxilium a Doctoribus distingui, sufficiens, & efficax: sufficiens erit illi, qui in profundo putei, vel fluminis mergitur chordâ immittere, vt illâ apprehendens saluetur illū rogando, illū clamando, vt illâ accipiat, quod si fecerit, & illū extrahit, efficax est, quod si noluerit facere, & ad auxiliū erit sufficiens tantū: auxilium sufficiens, & generale Deus omnibus dat, vt dicitur Apocalipsis 3. *Ego esto ad ostium cordis*, ait Glossa, pulsans inspirationibus, & interioribus motibus, etiā vocibus Prædicatorum exterioribus, & creaturarum: nam omnia dicunt mihi ait Augustinus, vt à mente Domine, etiam in viuis sapientia clamitat, & in plateis dat vocem suam. Aliter hoc auxilium prodest nouiter peccantibus, aliter obstinatis in peccatis, vt chorda immissa, aliter deseruit illi, qui recenter cecidit, aliter illi, qui temporis inter vno in illo fuit. Quia turbatus nescit illam apprehendere ille vero facilius, & breuius apprehendit ad se saluandum.

Auxilium efficax, & speciale, omnia tollit impedimēta, cordis duriciam instanter frangit, vt patet in Paulo qui cū adhuc esset in progressu peccati conuersus fuit, vt ait sanctus Thomas, & ex persecutore subito vas electionis factus est, & Magdalena ex vase contumeliæ in vas trāsata gloriæ, & Mathæus ex publicano subito māsit Apostolus, & Lathro, Confessor, & Martir effectus; hæc enim mutatio dexteræ Excelsi non tollit libertatē liberi, arbitrij, sed Deus illuminando hominis intellectū subito voluntas flectitur ad illum amandum, & obediendum.

Hoc auxilium efficax, cui datur, summa, & pura gratia est, & nulla cui negatur, sit iniuria, ait Augustinus, quare illum trahat, & quare alium non trahat, noli iudicare, si non vis errare, ab utentibus auxiliis sufficientibus efficax auxilium denegari solet, vt idem Doctor docet dicens: *Peccator cum vult ad Deum conuerti, non potest, quia cum potuit, noluit.* Nota cum vult conuerti non potest, quia auxilium efficax denegatur, quia cū potuit per

*Doctrina  
Doctor.*

*Apoc. 3.*

*S. August.*

*Actor. 9.*

*Luce 7.*

*S. August.  
lib. de nat.  
& grat.*

## CAPVT SEXTVM.

auxilium sufficiens conuerti noluit. Hæc impij iustificatio fit in iustanti, ad quam quatuor concurrunt, vt docet Angelicus Doctor, motus liberi arbitrij in Deum, motus liberi arbitrij in peccatum, infusio gratiæ, & remissio culpæ. Secundum ordinem temporis, & durationis, simul stant gratiæ infusio, & peccatorum remissio: secundum ordinem causalitatis infusio gratiæ præcedit remissionem peccatorum; secundum vero dispositionis ordinem remissio peccatorum præcedit infusionem gratiæ.

*S. Thom. 2.  
2. q. 113.*

*S. Vicen.  
ubi supra.*

*Psal. 93.*

*S. Vinc. Ferr.*

Secundo, per Dei gratiam conseruat se homo in vita spirituali, & sine illa conseruari non potest. Quia tanta est nostræ naturæ fragilitas, tot sunt carnis inclinationes, tot mundi occasiones, tot diaboli tentationes, quod sit mirum, si aliquis possit tenere bonam vitam, in tantum quod David dicebat in Dei gratia existens: *Quis consurget mihi aduersus malignantes, id est, carnis malas ignitas inclinationes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* id est, mundi occasiones, & diaboli tentationes: *Nisi Dominus adiuuisset me paulo minus, id est, post modicum habitasset in inferno anima mea.* In inferno, id est, in peccato mortali, quod est infernus superior propter culpam, respectu inferni inferioris propter poenam. Vel, inferior dicitur propter poenam, quam patitur peccator, quia inferior est ad culpam, quam contra Deum commisit.

*S. Vinc. Ferr.  
ser. ubi sup.*

Periculum illius, qui tenet vitam spiritualem, potest attendi per similitudinem amphoræ vitreæ in alto loco positiæ, si illa esset plena prunis ignitis, & magno vētorum impulsu impellatur, & si à multis in eam lapides projicerentur in maximo versaretur periculo. Talis est persona, ait sanctus Vincentius Ferrer, virtuosa in alto statu gratiæ collocata. Intus habet prunas incensas, id est, carnis ignitas titillationes, quæ sunt igniculus fomes, pronitas ad malum, difficultas ad bonum (etiam post Baptismū, originale, & omnem culpam tollentem) in renatis omnibus remanentes, ad meritū, & exercitium virtutis (ita Deo pro nobis melius providente, exceptis Christo, & eius Sanctissima Matre Maria) necessarium, est huiusmodi personam per Dei gratiam conseruari, in

cuius nomine dicitur: *Liberasti me a præsuræ flamma, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum astuata.* Quia ros gratiæ tuæ has flammæ tēperauit. Venti fortes sunt diaboli tētationes altissimas turres diruētes, qualis turris David, qualis Sanson, qualis Petrus, & Salomon, omnes tandem diruta sunt magno tentationis impulsu spiritus grādis, & fortis conterentis petras, & subuertentis montes illos videlicet superius nominatos: *Montes*, ait Bernardus, *fide firmos, spe excelsos, charitate spatiosos, virtutibus cultos, bonorum operum fructibus refertos.* Tamē vento diabolicæ tentationis, vt patet, subuersi sunt.

*Eccles. 51.*

Lapides quibus impetitur persona spiritualis, sunt irrisiones malorum, & murmuraciones, quas sanctus David sentiebat, quando dicebat: *Detrahebant mihi, quoniam me sequebar bonitatem.* Et sanctus Paulus ait: *Omnes qui pie volunt viuere in Christo persecutiones patientur,* id est, murmuraciones, & irrisiones, quas diabolus excitat per malos, vt boni ab itinere virtutum retardentur. Omnia ista cum Dei gratia facile vincuntur, vt ait sanctus Paulus: *Omnia possum in eo, qui me confortat, per auxiliū suæ gratiæ* ait Interlinealis.

*3. Reg. 19.*

*Psal. 31.*

*S. Vic. Fer.*

*Ad Phil. 4.*

Et nota attentē, quōd præter dicta pericula, sunt aliæ duæ causæ, quas propter homo in vita spirituali valde difficulter conseruatur. Prima sic deducitur, rerum naturalium recipientium peregrinas impressiones, aliæ recipiunt permanenter, vt aqua, & lucerna, quæ recipiunt calorem, & lumen, & retinent per aliquod tempus, aliæ recipiunt solum in præsentia agentis, vt aer, qui illuminatur ex præsentia solis, & speculum solum recipit imaginem ex præsentia obiecti, gratia, & virtutes, quas à Deo habemus, sunt formæ peregrinæ; ideo sanctus Paulus: *Quid habes, quod non accepisti; si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Nec recipimus ista permanenter, sed solum ex præsentia agentis. Quia sine eo nil possumus facere, & per continuum influxum eius retinemus bona, quæ ab eo recipimus, aliter si per instans à nobis amoueret suam præsentiam, totum deperditur, & annihilatur. Heu! heu! auouetur à nobis per peccatum interpositum, & sic gratiarum iuarum radij ad nos non

*S. Vin. Fer.*

*1. Cor. 3.*

# CAPVT SEXTVM.

non transeunt, ideo sancti Dei faciem semper exquirunt, & eam tanquam speculum diuinarum perfectionum contemplantur semper. Vnde: *Oculi mei semper ad Dominum & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Quod quidem valde paucorum est, & in vita spirituali non permanent.

*Psal. 114.*

*S. Vincen.  
Ferr.*

Secunda causa est, quia anima dum inserta est corpori, in unitate essentiae obnoxia est recipere qualitates, & condiciones corporis, scilicet, mutabilitatem, & variabilitatem, & modo fit calida per deuotionem, modo frigida per distractionem, modo sana per gratiam, modo infirma per culpam. Vnde scriptum est Sapientiae 9. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, id est, trahit eam ad suam conditionem, Ideo, cogitationes mortalium timida,*

*Sapient. 9.*

*S. Bernar.*

sue saluationis scilicet. *Cur non timeat hominis anima,* ait Bernardus, *cum se percipiat oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis agrauatam, terrenis intricatam curis, carnalium desideriorum faece infectam, cecam, curuam, infirmam, implicitam mille erroribus, mille periculis explicitam, mille terroribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille necessitatibus obnoxiam, procliuem ad vitia, ad virtutes invalidam.* Ita Bernardus.

*Sapient. 9.*

Ideoq; sunt cogitationes mortalium timidae: *Quia nescit homo utrum amore, vel odio dignus sit,* ideo si sensit se esse in gratia semper timet perdere eam, atq; paucissimi donum perseuerantiae assequuntur, inclinationibus carnis obnoxij: *sed Beatus vir qui semper est pavidus,*

*Prover. 28.*

*S. Bernar.*

*serm. 27. in  
Cantic.*

ait Salomon Proverb. 28. ubi sanctus Bernardus ait, *in veritate didici nihil esse tam efficax, ad gratiam Dei promerendam, retinendam, & conseruandam, & recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris, non altum sapere sed timere, time cum arripserit gratia, time cum abierit, time, cum reuertetur, time cum adest gratia ne non digne opereris ex ea, sed cura cum Apostolo dicere gratia eius in me vacua non facit, quid si recesserit, multo magis timendum, ubi deficit gratia, deficiis tu. Quia sine me, id est, mea gratia nil potestis facere, time ergo subtrahe gratia, tanquam mox cassurus, time Deo, ut senseris tibi irato, quia reliquit te custodia tua. Nec dubites super  
biam*

biam in causa esse, & si non appareat, etiam si tu nil conscius scis nūquid? qui humilibus dat gratiā, humili auferet datam? Ergo argumentum est superbix priuatio gratiæ, nisi subtrahatur, vt patet in Paulo, qui stimulos carnis sustinebat inuitus, non quia extoleretur, sed ne extoleretur, iam si gratia repropitiata redierit, multo amplius timendum, ne forte contingat reciduium pati, quod deterius est. Ex qua sancti Bernardi doctrina colligitur, humilitatem gratiæ semper esse custodem, quod ellegāter Hugo de sancto Victore docet, dicens: Quando dilectus Iesus præsens est, tunc successus omnium multiplicanter virtutū, & repletur domus interior omnimoda vbertate, tunc sterilia faciunt fructum, & quæ emarcuerant impinguantur fecunditate, parata sunt omnia sancti flagrant affectus, diuitias suas anima miratur, quas possidet, sed ne fortè successus cōtinuus aliquatenus cor humanū per elationē præcipitet, fugit dilectus, sed nō fugit, vt effugiat, sed abscondit se tantū, & cælat in irritationē dilectionis, vt quærat in desiderio, & nō inueniatur, quoadusq; ardentem diligatur, vt dū ab ea ad tempus salubri dispensatione successus virtutum tollitur, melius per humilitatem in virtute solidetur.

Quapropter in procuranda gratia, conseruanda, & recuperanda permaxime humilitas est necessaria, quia scriptum est Eccles. 7. *Noli nimium esse iustus.* Vbi sanctus Bernardus ait: *Hoc dicitur non quod iustitia bona non sit, sed quia dum infirmi adhuc sumus, oportet ipsam gratiam nobis temperari, ne fortè elationis, aut in discretionis vitium incurramus. Sicut Sol ille corporeus bonus sit, & valde necessarius, tamen, & feruor eius si temperatus non sit infirmo capiti, & splendor oculis nocet, nec est solis culpa, sed infirmitatis. Sic sol iustitiæ Christus nobiscū agit, quid est quod supplicantes, & orantes ad eam, quam desideramus gratiam non possumus peruenire? numquid avarus est Deus, aut impotens? absit hoc: sed ipse cognouit figmentum nostrum, non tamen à petitione est cessandum, quia, & si non dat ad satietatem, dat ad sustentationem, & si cauet à calore nimio, fouet tamen calore suo: ideo dicitur, noli nimium esse iustus, esto quod possis fortasse nimium esse*

Hugo de sancto Victore.

S. Bernard.  
Eccles. 7.  
serm. 4. in  
Psal. 90.

esse

# CAPVT SEXTVM.

*esse iustus, nimium sapiens, sed plane bonus ultra modum esse non potest, aut ultra quam oportet. Hæc Bernardus.*

**S. Thom.**

2. q. 112. ar.  
9. in corpore

**Nota.**

Est etiam notandum, quod certitudinaliter homo non potest se scire gratiam habere, sed bene ex reuelatione, sicut dictum fuit Paulo: *sufficit tibi gratia mea*, cui & aliis ex speciali præuilegio reuelatur, ut securitatis gaudium in hac vita incipiat, & confidentius, & fortius magna opera prosequantur: & aduersa vitæ præsentis sustineant sed cōiecturaliter cognoscitur per aliqua signa, si aliquis percipit se delectari in Domino, & contemnit res inmundanas, & quando non est sibi conscius alicuius peccati mortalis, isto modo intelligitur illud Apocalipsis 1. *Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo nouit nisi qui accipit, nam ille qui accipit, per experientiam quandam dulcedinis nouit, quam non experitur ille, qui non accipit.*

**S. Ber. ser.**

74. in Cant.

Alia signa dat sanctus Bernardus dicens: *Ex motu cordis sensu præsentiam eius, ex fuga vitiorum, carnaliumque affectionum repressione aduertit potentiã virtutis eius. Ex discussione occultorum meorum, admiratus sum profunditatem sapientia eius, ex emendatione morũ meorum expertus sum bonitatem mansuetudinis eius, ex renouatione spiritus mentis mea percepi decorem speciei eius, ex contutu horum omnium simul expaui multitudinem magnitudinis eius.*

**S. Agust.**

**S. Vincent.**

Sanctus Augustinus alia assignat, dicens: *Cum ille fuerit habitator, implet, regit, agit, refrænât à malis, ad bona excitat, suauem facit iustitiam, ut homo bene faciat amore recti, non timore supplitij.* Radix in arbore non cognoscitur viuere certe, cognoscitur vitam habere in floribus, foliis, & fructibus. Sic homo in floribus bonarũ cogitationum, & bonarum intentionum in foliis verborum, & fructibus sanctorum operum cognoscitur viuere in Dei gratia, quia ista à radice charitatis procedunt.

1. 2. q. 109.

ar. 1. in corpore.

Et tandem aduerte, quod, *Perseuerantia, ut est quidam habitus mentis per quem homo firmiter stat in bono, & non renouetur ab eo per tristitias irruentes, datur cum gratia Dei.* Et sic se habet perseuerantia ad tristitias, sicut continentia ad delectationes, & ut est habitus se-

cundum quem homo habet propositum perseverandi in bono vsq; in finem, vtroque istorum modorum perseverantia simul cum gratia infunditur: *Sed ut perseverantia est continuatio boni vsq; in finem, indiget ultra gratiam alio Dei auxilio ipso dirigente, & protegente contra tentationum impulsus, & sic in gratia constitutus homo, necesse habet, a Deo petere prædictum perseverantiæ donum, vt custodiatur à malo vsq; ad finem vitæ. Multis datur gratia, quibus non datur perseverare in gratia, & hoc perseverantiæ donum non cadit sub merito, cum solum dependeat ex motione diuina, sed Deus gratis largitur, cuicumq; largitur: & licet homo per gratiam sanetur quantum ad mentem, remanet in ea tamen corruptio, & infectio quantum ad carnem, per quam seruit legi peccati, vt ait Apostolus, remanet etiam ignorantia obsecuritas in intellectu, secundum quam, vt idem Apostolus ait, quid oremus sicut oportet, nescimus. Sumus quidem obnoxij varijs rerum euentibus, secundum illud cogitationes mortalium timidæ, & incertæ providentiæ nostræ; ideo necesse habemus, vt a Deo dirigamur, & protegatur, qui omnia nouit, & potest; hoc autem maxime fit per donum perseverantiæ. Hæc sanctus Thomas.*

*Nota istam doctrinam Angelici Doctoris;*

Hæc de gratia, & eius mirabilibus effectibus breuiter perstricta notari, vt ista qualitate diuina Prædicatores afficiantur ad Christum amandum, & eius Euangelium deuote, & feruenter prædicandum, vt delicias carnis, & mundi fallacias, & demonis astutias superantes, in ieiunijs, vigilijs, disciplinis, & sanctis meditationibus intenti perseverantiæ donum à Domino consequi mereantur, semper illud beati Pauli præcauentes: *Qui stat, videat ne cadat*, quia Adam ab statu innocentia in baratrum tantarum incidit miseriarum. Et Iosue post insignes victorias, Ephor appetens domui suæ ruinam parauit. Dauid post leones laceratos, & vrsos deuictos, & Goliath occisum, altissimæ sapientiæ apice coronatus, adulterium commisit, & homicidium. Iehu, post Iezabel impiam occisam, filios Acab iugulatos, ædem Baal destructam, & alia egregia opera, in quibus valde Domino placuerat vituli aurei colore deceptus, illum contere non est au-

*Sapient. 5.*

*1. Cor. 10.*

*Iudic. 8.*

*2. Reg. 1. 17.*

*4. Reg. 10.*

## CAPVT SEXTVM.

Itis ab illo idolo, ( quod ambitionem significat ) victus, & superatus. Et Petrus post tot mirabilia facta, & quod maximum est, post gloriam in Thabor contemplatam, ad vocem ancillæ Christum negavit. Quapropter: *Qui se estimat stare, videat ne cadat, Quod si,* ( vt humanæ infirmitatis est ) aliquando labi contingat, ait Bernardus, *non desperes, sed velociter surge, & ad virtutis consueta opera recurre, tene quod accepisti, & proficere semper in melius, si quid aliquando minus rectè egeris, non in eo persistas, sed penitere, & corrige quantum potes, eris sine dubio sanctus, sed cui interim clamare necesse sit, custodi animam meam, quoniam sanctus sum.* Et talibus Spiritus Sanctus intimat dicens: *Si spiritus potestatem habentis, ascenderit super te,* ( praua suggerendo, ait Interlinealis ) *locum tuum ne deseras, quia curatio cessare facit peccata maxima.* Curatio penitentix, ait Interlinealis. Hæc sufficiant pro hoc capite.

Luce 22.

S. Bern.

Eccles. 10.

Glossa.

## CAPVT VII.

IN QVO AGITVR, DE  
Spiritu, & feruore, quos Prædicatores habere debent in verbo  
Dei prædicando.



ICTVM est capitulis præcedentibus, de virtutibus, puritate, & gratia, quibus Prædicatores Euangelici ornari debent ad annuntiandum Dei verbum. Restat dicendum de spiritu, & feruore, quia feruor, & spiritus, ex illis virtutibus emanant, tanquam effectus, a causa, tanquam à fonte riuuli, & à radicibus rami, & secundum multitudinem illarum virtutum, spiritus Prædicatorum crescit, & feruor: nam iste feruor, vt Chrysostomus ait, non aliunde nascitur, quam à vehementi di-

S. Chrysost.  
bo. 23. Cor.  
11.

CAPVT SEPTIMUM. 30

dilectione Christi, quod etiam sanctus Thomas, & Dionisius affirmare videntur.

Priusquam Michæas Propheta ad prædicandum exiret, ait de se: *Verumtamen ego repletus sum zelo, & virtute spiritus Domini, iudicio, & feruore, ut annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum, id est, spiritus Domini dedit mihi constantiam ad arguendum vitia maiorum, vel scelus Iacob, id est, potenti, superbo, & Israel peccatum suum, id est, Ecclesiastico arroganti: nullum Prædicator debet timere.* Ita Glossa, & Liranus ibi.

Michæas 3.

Glossa.  
Lira.

Debet attendere quod sibi dicitur: *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes, & regna, ut euellas radices peccatorum, & destruas turres superbiæ, & vanitatis,* ait: Lira *Ne timeas à facie eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & columnam ferream, & murum æneum. Super omnem terram Regibus Iuda, & Principibus eius, Sacerdotibus, & populo terræ. Bellabunt contra te, & non preualebunt, quia ego sum tecum, ut liberem te.* Nota, Prædicator, ait Lira, debet esse sicut ciuitas turribus munita, id est, virtutibus prædictis, quia sicut ciuitas munita non potest capi, nec columna ferrea frangi, nec murus æneus penetrari: sic Prædicator virtute, & spiritu Domini debet muniti, vt non possit à suis aduersarijs superari. Nota, vt destruas, & plantes, quia, ait Gregorius: *Nunquam recte veritatis fundamentum erigitur, nisi prius erroris fabrica destruat, & prius in mentibus auditorum studeat peruersa destruere, & postea recta prædicare.*

Jerem. 1.

Glossa ibi.

Lira ibi.

S. Greg. lib.  
9. moral. ca.  
18.

Istum feruorem, & spiritum admonet sanctus Chrysostomus habendum cum Prædicatore loquens: *Abiice, ait, opes, ita viriliter, animam pro prædicatione impendito, ride terrena, nil sit tibi commune cum presenti vita.* Ita, hom. 10. in Acta Apostolor. quando Sichen cum Dina conglutinat, vt Scriptura Sancta refert Gen. 34. *Fratres eius arreptis gladijs eam extrauerunt fortitudine magna.* Similiter Prædicatores videntes Dinam id est, animam conglutinatam, Sichen, id est, diabolo per longam consuetudinem peccandi, debent arripere

Genf. 34.

# CAPVT SEPTIMUM.

gladios, id est, lectionem, orationem, prædicationem, & feruorem, & abducere eam à potestate diaboli, & cæno vitiorum. Ita Lira moraliter exponit.

*Psal. 47.*

*Glossa.*

*S. August. refert in Glossa ord.*

*In spiritu uehementi conteres naues Tharsis*, ait Dauid Psal. 47. Per istas naues Tharsis intelliguntur peccatores potentes huius mundi, ait Glossa, qui onerati peccatis vadunt ad regionem mortis, & inferni. Istæ ergo naues conterendæ sunt in spiritu uehementi, & feruore annuntiantes eis mortem, iudicium, & infernum, ut vel sic deponant onera grauiam suorum peccatorum, & alleuentur, ne vitam æternam amittant. *Naues Tharsis*, ait sanctus Augustinus, *sunt discursores in diuersis experientis voluptatum, gaudium mundi explorantes* ( que andan costeando de pecado en pecado ) *quos flatus mundana prosperitatis impellit ad mortem, & iudicium*, quæ in spiritu uehementi conterendæ sunt. Nam videntes terribilem tempestatem mortis, & pœnarum infernaliû à Prædicatoribus commoueri, aduersus eos, sic resipiscant, quia audientes talia annuntiare sibi spiritu, & feruore, *turbati sunt pro peccatis*, ait Glossa, *commoti sunt ad penitentiam, timor*, scilicet mortis, & iudicij apprehendit eos; mirabiles quidem effectu uerbi Dei, quando spiritu, & feruore prædicatur.

*Psal. 63.*

*S. August.*

*Cassiodorus*

De sanctis Apostolis scriptum est, Psal. 63. *Annuntiauerunt opera Dei*, id est, Incarnationem, Mortem, Ascensionem Christi, ait Interlinealis, & videntes populi eos ista mysteria prædicare cum tanto spiritu, & feruore, solum gloriam Dei, & animarum saluationem curantes. Sequitur: *Turbati sunt, ad penitentiam, commoti sunt, ad idola relinquenda, & timuit omnis homo*. Similiter facerent huius temporis peccatores, si istas virtutes, ælum, & feruorem in Prædicatoribus cernerent. Sed quia istæ virtutes in eis non apparent. Sequitur in Psal. *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum*. Eorum uerba, ait Cassiodorus, nihil nocuerunt, sicut cannæ puerorum, quia deficit uirtus ad eas iaciendas in corda inimicorum Regis, ideoque infirmatæ sunt linguæ eorum, id est, Prædicatorum contra eos. Hoc satis experientia patet.

Verba ergo tua ô Prædicator! ita feruida sint, & ignita,

nita, vt de te vere dicatur: *Sagittæ tuæ acutæ in corda inimicorum Regis*, prædicationes tuæ sint efficaces ad penetranda corda inimicorum Christi. Quæ si cum ser- uore, & spiritu fuerint annuntiatæ, *populi sub se cadent*, id est, multi de inimicis suis supponent se tibi, & ad penitentiam conuertentur, ait sanctus Augustinus: *Emittet Prædicator verbum suum, & liquefaciet ea*, id est, corda rigida, *flauit spiritus eius, & fluent aquæ*, deuotionis, & contritionis, in hyeme, cum Aquilo perflat, terræ facies adusta apparet, & arbores velut mortuæ, & aquæ congelatæ sunt, & frigidæ. Venit Auster, & omnia liquefcunt, & aquæ currunt. In huius vitæ hyeme, ait Isidorus, vbi æternitatis ver præstolatur, (in quo corpora sanctorû florebut sicut lilium) perflat Aquilo, id est, diabolus dictus Aquilo, quæ si ligans aquas, id est, corda frigiditate suæ malitiæ, omnia hominis interiora rigida manent. Veniat ergo Auster, id est, feruor diuini spiritus in verbis Prædicatoris fulgens, & liquefaciet ea, hominis interiora, & fluent aquæ contritionis, & deuotionis, quia omnia rimatur sermo Dei viuus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisiones spiritus, & animæ; quia conturbatur homo carnalis multoties, vt ait Bernardus, taliter, vt dicat: *Cor meum conturbatum est intra me, & anima mea liquesfacta est, vt dilectus loquitur mihi*. Tam feruida debent esse verba Prædicatoris, vt spiritus oris sui interficiat impium.

Dicatur ergo de Prædicatore: *Eloquium Dei inflā- matum est, vt eradiret Principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret*. Quia Prædicator Dei eloquio inflammatus, de quo dicitur, *ignitum eloquium tuum vehementer, & ignitus est sermo tuus Domine*, debet inflāmare Principes, id est, suis passionibus dominantes, & docere senes, id est, peccatores in vitiis inueteratos, prudentiam, quæ in cauendis malis, & præueniendis periculis mortis, & iudicij consistit: *ignis à facie eius*, id est, Prædicatoris, *exarsit, & carbones succensi sunt ab eo*. Carbones, ait Interlinealis, sunt peccatores, vitiôrû foeditate nigri, de quibus alibi dicitur: *denigrata est super carbones facies*, id est, conscientia eorum. Illi ergo igne

Glossa.

S. Aug. ibi. Psal. 147.

S. Isidorus.

Ad Heb. 4.

S. Bernar. Isaie 11.

Psal. 104.

Psal. 118.

Glossa.

Psal. 17.

Interlineal.

## CAPVT SEPTIMUM.

*Trenor. 4.* igne charitatis, & deuotionis in corde Prædicatoris ardente debent succendi, ita vt dicant: *Nonne cor nostrum in nobis ardens erat, cum loqueretur nobis in via?*

*S. Vincen. Ferr.* Ex percussione lapidis ad ferrum incenditur ignis. Lapis est Christus, de quo Paulus; *petra autē Christus*: iste lapis percussus lingua Prædicatoris deuotè, & feruenter prædicantis, tunc exiliunt scintillæ charitatis in cordibus auditorum, & amore Christi aficiuntur pro eis passi, & crucifixi.

*Lucæ 1.* De illo magno Prædicatore Ioanne Baptista dicitur *Lucæ 1. Ipse præcedet illum*, id est, Christum, *in spiritu, & virtute Eliæ*. Qui quidem fuit accerrimus diuinæ legis zelator, quinquagenarios duos igne cælesti consumens, Prophetas Baal trucidando, tribus annis, & sex mensibus imbrem cœlestem ob populi peccata detinendo. Sic dicitur venire in spiritu Eliæ, nō in mansuetudine Moyse, quia mores perditissimos illius temporis reuocare, & homines flagitiosissimos rugitu suæ prædicationis terrere debebat, vtinam huius temporis Prædicatores, in spiritu Eliæ venirent, & non in spiritu mundi, & vanitatis, & curiositatis, & propriæ gloriæ quærendæ, vt homines perditissimos, & mores huius ætatis tam corruptos reformarent.

*Isai. 41.* *Ego posui te quasi plaustrum nouum trituranis, habens rostra ferrantia triturbabis montes, & comminues, & colles quasi puluerem pones*, ait Dominus ad Isaiam cap. 41.

*Glossa ord.* Quæ verba de Prædicatore Euangelico Glossa ordinaria accipienda docet dicens: Vir Ecclesiasticus habet rostra ferrantia in plaustro nouo, quod non operatur in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus, conterit corda peccatorum durissima, separans triticum a palea. Montes, colle sq; comminues, id est, superbos, & arrogantes peccatores in puluerem veræ humilitatis conuertens habens rostra ferrantia, id est, sententias rigidas, vt nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis, & vos ex patre diabolo estis, & in peccato vestro moriemini. Istis, & similibus verbis, quasi rostris ferrantibus debent peccatores comminui, & in puluerem mortificationis redigentes voci suæ vocem virtutis, ita vt dicatur vere de Prædicatore à voce tonitruui tui formidabunt, scilicet peccatores.

# CAPVT SEPTIMVM. 32

*Labia eius stillantia mihrram primā*, ait Salomon Cantic. 3. *Cantic. 3.*  
 tic. 5. Labia eius, id est, Ecclesiæ sunt Prædicatores, ait Glossa, flammantia charitate, & feruore, stillantia, *Glossa ord.*  
 verbo, & opere, mihrrā primā, quia præsentium voluptatum *Galfridus.*  
 cōtemptū prædicant, vel mihrrā primā, id est, verba vitia, & salutifera, quibus populorum corda à vermibus peccatorum præferuntur, sicut mihrra corpora incorrupta manent, superbia, luxuria, & auaritia, vermes sunt corda corrodescentes, ex quibus ille vermis oritur, qui nunquam moritur.

Tanto spiritu, & feruore debet prædicare, vt de illo verificetur: *Contrivit portas aneas, & vectes ferreos confregit*, Psal. 106. portæ ferreæ ait Cassiodorus: Sunt hominum consuetudines vitiosæ, quæ eos clausos non sinunt exire, vectes ferrei, sunt spiritus immundi, qui portas ferreas obseruant, vere ferrei sua fortitudine, sed maior est fortitudo Dei, & verbi eius: nam sermo Dei malleus conterens petras, id est, corda dura: *Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clauis in altum defixi*, ait Salomon Ecclesiastes 12. Nota quasi stimuli, acriter pungentes pigros, & somnolentos excitantes, ait Hieronimus, non adulantes, & auribus prurientes. Et quasi clauis in altum defixi, corda eleuantes ab infimis, & ad cœlestia suspendentes, quasi clauis ardentes mundanorum corda penetrantes spiritu Dei, non verborum artificio aures corporis delectantes, ait sanctus Ioannes Damascenus: clauis ex sufflatorio, id est (fragua) ardentes exeunt, scintillas vndequaque emittentes circumstantes omnes vrentes. Similiter Prædicatorum verba ex corde ignito in Dei, & proximi amore fragrante exire debent scintillas charitatis emittentia, quibus peccatorum corda exurantur; quia Spiritus Sanctus in linguis igneis apparuit: *Quia quos repleuit*, ait Gregorius, *ardentes facit, & loquentes, linguas igneas Prædicatores habere debent, quia dum Deum amando prædicant, corda audientium inflammant*: nam otiosus est sermo Doctoris nisi præbere valeat incendiū amoris, vt Salomon ait Cant. 4. *sicut vitta coccinea labia tua*. Labia, vt diximus sunt Prædicatores, bene coccinea, quia prædicatio sancta charitatis ardore

*Psal. 106.*  
*Cassiod.*

*Glossa.*

*Eccles. 12.*

*S. Gregor.*  
*Nazian.*

*A Flor. 1.*  
*S. Gregor.*

*Cantic. 4.*

dore

# CAPVT SEPTIMUM.

dore flammescit, eloquium tuum dulce, quia dum dicunt quæ faciunt, suas prædicationes hominibus quasi dulces escas apponunt.

Apoc. 11.

De Elia, & Enoch scriptum est Apoc. 11. *Ignis exiet de ore eorum, & deuorabit hostes eorum.* Ignis, id est, verba ex feruore fidei procedentia, ait Lira. De Elia, & Enoch agitur, per quos Prædicatores alij intelliguntur de quibus dicitur: *In fremitu conculcabis terram*, id est, peccatores terrenos, & *in furore obstupescies gentes*, in furore diuinæ iustitiæ eius rigorem gentibus ostendendo.

Isaie.

Ad se directa cogitet semper illa Isaie verba cap. 49. *Posuit me quasi sagittam electam, & posuit os meum quasi gladium acutum.* Sagitta electa debet esse Prædicator Euangelicus, ad penetranda peccatorum corda, & eius lingua quasi gladius acutus, gladius ad petram accuritur, & aqua immissa eliminatur: ad petram, quæ Christus est, cor, & lingua Prædicatoris debent eliminari, & aquæ contritionis, & deuotionis debent apponi, vt sic appetentur ad abscindendas peccatorum radices, & amputandas herbas malarum, & noxiarum affectionum. Hunc

Psal. 7.

zælum similiter ostendit David in illis verbis: *Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis*, id est, instrumenta mortis, *sagittas suas ardentibus effecit*, Psal. 7. per arcum Sacram scripturam intelligit in qua chorda noui testamenti, flectitur duritia veteris.

Glossa.

Vnde sagittæ mittuntur, quibus duritia cordis penetratur, & ex arcu iudicij sagittæ mittuntur ad perimenda vitia; anima autem est quasi signum, vt hinc suscipiat vulnera charitatis, vt repellat iacula inimici. Vel vt sanctus Augustinus vult: *Arcus extensus Christus crucifixus, cuius humanitas quasi chorda diuinitatis rigore flectit.* Ex isto arcu missæ sunt acutæ sagittæ. Quæ acuta sagitta, vos in peccato vestro moriemini. Iterum vos non estis ex ouibus meis, etiam sagitta diuini amoris, valde vulneratâ se sentiebat illa, quæ dicebat: *vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine collitui.* Et ille qui dixit, *quo ibimus, quia verba vitæ habet.* Vel arcus debet esse Euangelicus Prædicator, rigidus in vitiis arguendis

S. Agust.

Capit. 5.

Ioan. 6.

dis

dis mitis in virtutibus exhortandis, debet ex suo corde emittere sagittas suas ardentibus, id est, peccatoribus, diuersis vitiorum ardoribus æstuantibus, de quibus dicitur: *Corda eorum velut olibanus ardens*, arcus rigidus erat Paulus dicens: *Horribile est incidere in manu Dei viventis*. Iterum: *terribilis est expectatio iudicij, & ignis amalatio, quæ consumptura est aduersarios*. Mitis vero dicens, *hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*. Iterum: *emulamini charismata meliora*. Item. *Imitatores mei estote, sicut, & ego Christi*.

Vtrumq; docet dicens: *An diuitias bonitatis eius cõ-temnis? ignoras quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiã te adducit?* Hic est mitis, ecce rigidus, *secundum autem duritiam tuam, & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iris iudicij Dei, qui reddet unicuique iuxta opera eius*. Non vides quomodo, virga oris sui percutit impium, & spiritu labiorum suorum interficit peccatorem?

Sed valde notandum venit, ait sanctus Gregorius, *lib. 7. moral. cap. 15. Quod sancti Prædicatores, & spiritũ, & feruorem in reprehendẽdo habent, & spiritum lenitatis, & charitatis dulcedinem in obsecrando non amittunt. in eorum oculis, quidquid temporaliter erinet, altũ non est. Nam veluti in magni virtute montis positi, presentis vitæ plana despiciunt, seq; ipsos per celsitudinẽ spiritualem transcendent, subiectis sibi met, vident, quæque per carnalem gloriam foris tument, & nullis contra veritatem potestatibus parant, sed quos attolli per elationem conspiciunt, per spiritus auctoritatem premunt*.

Hinc est quod Moyses à deserto veniens, Ægypti Regem ex auctoritate agreditur dicens: *hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, vsq; quo non vis subijci mihi, mitte populum meum, vt sacrificet mihi, cui cum plagis opressus diceret, ite sacrificate Deo vestro, aucta ex auctoritate protinus respondit, non potest ita fieri, abominations Ægyptiorũ immolabimus Deo nostro?* Hinc est quod peccantem Regem Natham agrediens, eique similitudinem perpetratæ præuaricationis obijciens,

# CAPITULUM SEPTIMUM.

eumq; reum proprii iudicij voce tenens, protinus adiunxit dicens: tu es ille vir, qui fecisti hanc rem. Hinc est quod vir Dei ad destruendam idolatriam Samariam missus, Ieroboam Regem super altare thura iacentem, non Regem veritus, non formidine mortis pressus, contra altare intrepidus, auctoritatem liberae vocis exercens dixit: altare & altare: hæc dicit Dominus ecce filius nascetur de Domo David, Iosias nomine, qui immolabit super te sacerdotes excelsorum. Hinc est, quod

3. Reg. 13.

3. Reg. 18.

Achaz superbus idolorum vitio lubricus, cum increpare Eliam præsumeret, dicens, tunc es ille vir, qui conturbas Israel? Elias protinus superbi Regis stultitiam, ob- iurgationis libera auctoritate percussit, dicens: Ego non conturbo Israel, sed tu, & domus patris tui, qui reliquistis mandata Dei tui, & sequuti estis Baalim. Hinc est, quod Petrus, cum eum sacerdotes, & Principes sæ- nientes in nomine Iesu loqui prohiberent, cum magna auctoritate protinus respondit: si iustum est in conspe- tu Domini vos potius audire, quam Deum, iudicate. Nō enim possumus quæ vidimus, & audiimus non loqui.

Actor. 4.

Actor. 23.

Hinc est quod Paulus, cum residentem contra se varie- tatem Sacerdotum, Principem cerneret, eumq; minister alapa percussisset, non maledictionem perturbatus in- tulit, sed repletus Spiritu Sancto, libera voce prophe- tauit dicens: percutiat te Deus paries dealbate, & tu se- dens iudicans me secundum legem, & contra legem iu- bes me percuti. Hinc est quod Stephanus contra vim persequentium auctoritatem vocis exercere, nec moriturus expavit, dicens: dura ceruice, & in circuncisis cordibus, vos semper Spiritui Sancto resistitis, sicut Patres vestri, & vos. Sed quia sancti Prædicatores ad

Actor. 7.

S. Gregor.  
elegantior.

verba tantæ celsitudinis, zelo veritatis, non autem zelo elationis exiliunt, ipsi patenter indicant, qui verbis, fa- ctisq; alijs, & quanta humilitate polleant, & in eos, quos arguunt, quanta charitate ferueant, manifestant.

Superbia odium generat, humilitas amorem. Quomodo Stephanus proferre increpationem per elationem po- tuit, qui pro eis, quos arguebat flexis genibus oravit di- cens, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Quomodo

Paulus

Paulus contra gentis suæ Principem ac Sacerdotem aſperitatis verba ſuperbiens intulit? qui humilitate ſe etiã diſcipulorum ſeruitio ſubſternit, dicens: non enim nos metipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum, nos autem ſervos veſtros, quomodo etiam Petrus per elationem Principibus reſiſtit? quorum errorem cõpatiens, reatũ velut excuſans dixit, ſcio quia per ignorantiam feciſtis, & illos ad miſericordiã trahens, ait: pœnitementi igitur, vt deleantur peccata veſtra. Quomodo Elias, ſuperbo Regi increpationis verba, per tumorem intulit? qui ante eius currum humiliter cucurrit, ſicut ſcriptura dicit, accinctiſq; lumbis currebat ante Achaz. Quomodo vir Dei, Ieroboam præſentiam ex elatione deſpexit? qui arentem manum ſaluti priſtinæ protinus ex miſericordia reparavit, quomodo Natham contra David Regem per verba increpationis intumuit? qui cum culpa increpanda eſſet, ante conſpectum Regis adoravit: nam dicitur in textu, nũtiatum eſt David, quod Natham ad eſſet, intrauit, & pronus in terra adoravit, quomodo Moyſes Regi Ægyptio libere reſiſtens deſpicere potuit? qui Deo familiariter loquens, ſequentem ſe Ietro cognatum ſuum humilis adoravit.

*Sancti ergo viri, nec ex elatione ſunt liberi, nec ex timore ſubmiſi, ſed cum reſtitudo eos ad libertatem vocis erigit, conſideratio infirmitatis propriæ in humilitate cuſtodit. Cu p iſq; & ſi ex alto delinquentium feriunt, increpantes, ſemetipſos tamen apud ſe ſubtilius iudicantes, quaſi in abiectis ponunt, & nonnunquam ſancti Prædicatores rigide feriunt, ſed aliud eſt, cum iuſtitia ſtimulat, aliud cum ſuperbia inflat, iuſti cum ſeuerè corrigunt interne dulcedinis gratiam non amittunt. nam ſæpe pro inquietudine prauorum ſedanda rigorem aſſumunt, ſed intus igne charitatis liqueſcunt, atq; eorum amore ardent, in quos aſpera correptione ſeuiunt. Hæc Doctõr ſanctus tam ſubtiliter, quam profunde pro inſtructione Prædicatorum dictauit.*

Hunc ergo zelum, & feruorem cum charitatis dulcedine coniunctum Prædicatores habere debent, cuius myſterium Spiritus Sanctus in arca teſtamenti præſig-

Nota.

Attente.

S. Greg. lib.  
moral. 24. c.  
10. in c. 34.  
Iob.

Exodi 24.  
& ad Hebr.  
9.

# CAPVT SEPTIMUM.

*S. Greg.* *Testamenti, ait S. Gregorius, cor Sacerdotis, id est, Prædicatoris, debet esse, in quo diuina legis sapientia reponi debet. Et virga dura correctionis, cum manâ dulcis consolationis coniungi debet. Etiam in specie quatuor animalium, quæ Ioanni, & Ezechieli probantur ostensa, solos Prædicatores, ait Galfridus, credimus designari, in quibus simul apparuit facies leonis, bobis, hominis, & aquilæ, vt ex his quatuor commendaretur, quales eosdem deceat inueniri: oportet enim omnes, qui prædicant, populo Dei, leonem se exhibeant, terribiliter vitia corrigendo bobem strenue terrena tractando, hominem benigne infirmis compatiendo, aquilam sublimiter euolando, & subtiliter contemplando diuina: ideo in specie columbæ, & ignis Spiritus Sanctus ostensus est, quia teste Gregorio: Qui illosunt repleti, ita mansuetidini simplicitatis inserviunt, vt contra delinquentium culpas zelo rectitudinis accendantur.*

*S. Greg. lib. 1. moral. c. 2.*

*Psal. 149.*

*Glos. ordio.*

*S. Auguſt. Doct̃or Incognitus.*

*Exultabunt sancti in gloria, ait David Psalm. 149. letabuntur incubilibus suis, exaltationes eorum in guttore eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* In quibus verbis sanctus Augustinus, & Doctor Incognitus, zelum, & feruorem Prædicatorum inuenerunt, sic dicentes: exultabunt sancti Prædicatores in gloria bonæ conscientie: nam gloria nostra hæc est, ait Paulus, testimonium conscientie nostræ, ex qua sequitur lætitia in cordibus suis, exaltationes in guttore eorum, Deum laudando pro tantis beneficijs. Et gladij ancipites in manibus eorum, gladium spiritus, quod est verbu Dei, opere implendo, quod ore prædicatur talibus præcincti debent exire Prædicatores ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, eorum peccata acriter arguendo, sed eorum zelus, & feruor maxime se debet extendere ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt Elias contra Achaz, & Ioannes contra Herodem, & cæteri sancti Prædicatores fecerunt.

*Vbi supra Marci 6. c.*

Quam fortis compes ad alligandos Reges, non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quam terribilis manica ferrea. Tu, & domus patris tui conturbas Israel. Istis, & similibus Reges gentium, & qui dominantur eorum, debent constringi, ne extendat ad iniquitatem manus suas, & c. ne currant pedes eorum ad effundendum sanguinem. Sic fecit Daniel cum Rege Babilonis dicens: *Eijcient te ab hominibus, & cum bestijs erit habitatio tua*, in morte ab hominibus separaberis, & cum bestijs, id est, demonibus in inferno erit habitatio tua, quam pauci Prædicatores huius temporis inueniuntur, qui istos sanctos imitentur nobilium peccata arguendo, Prælatorum negligentias debite taxando, non enim imitantur sanctum Bernardum, sic spiritu, & furore tonantem: *Dicite Pontifices in freno quid facit aurum? quid profunt tot mutatoria appensa in perticis? plicata in manticis? pauperibus fame, & frigore morientibus pauperum est, quod vane expeditis, illis subtrahitur quod innaniter expenditur.* Non sequitur sanctum Ambrosium sic clamantem: *Auis se sociat auibus, piscis piscibus, pecus pecoribus, solus tu homo consortem excludis, & feras includis parietem, vestis auro, & pauperem nudas vestimento, panem petit pauper, & non accipit, & equus tuus aurum sub dentibus mandit.* Non quidem imitantur sanctum Vincentium Ferrer, repetentem multoties ista verba: Si sanctus Benedictus, & sanctus Bernardus, Dominicus sanctus, & Franciscus, descenderent de cælo ad visitandas suas Religiones, nõ ita perfectas inuenirent, sicut reliquerunt, quia Propheta testante, ignis comedit speciosa deserti: ignis ambitionis luxuriæ, & superbiæ speciosa, id est, zelum, primam charitatem, mundi cõtemptum, paupertatem, & humilitatẽ mortificationem, & cæteras virtutes veræ Religionis consumpsit, & deuorauit. Ita prædicabant illi sancti viri Deum potius quam homines timentes, potius Deo quam hominibus placentes, hæc quidem huius ætatis Prædicatores tacent, & anuntiare erubescunt, quia Spiritus Sancti donis non roborantur, nã vt dictum est, verbum Domini ornauit cælos, id est, Apostolos, & viros Apostolicos ornauit suis virtutibus, & spiritu oris eius

Danielis 4.

Glossa.

S. Bernardus.

S. Ambrosius.

S. Vin. Ferrer.

Ieremias 17.

Glossa.

Psalms 32.

## CAPVT OCTAVVM.

*S. Gregor.  
hom. 30. in  
Euang.  
S. Antonin.  
tom. 3. tit.  
21. n. 1.  
S. Cypri. ser-  
mone ad  
Martyres.*

omnis virtus eorum: Quia virtus de spiritu sumpta est, ait Gregorius, & huius mundi potestatibus contraire non presumerent, nisi eos Sancti Spiritus fortitudo solidasset. Roboretur ergo Prædicator Spiritu Sancto, & donis eius, ut Regibus Ioannem se exhibeat, Aegyptijs Moysen, fornicantibus Phinees, Eliam idolatris, Eliseum auaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, & negotiantibus Christum. Hoc ipsum docet sanctus Cyprianus dicens, Prædicatores coram Regibus debet stare voce libera, mente incorrupta, virtute diuina, telis quidem sæcularibus nudos, sed armis ardētis fidei armatos, Hæc sufficiant pro hoc capite.

## CAPVT VIII.

*IN QVO OSTENDITVR  
quàm confusibile sit Prædicatori do-  
cere, & non facere.*

*S. Chrysoft.*



Sanctus Chrysostronus docet circa istam materiam quædam verba notatu dignissima, & quæ debent in cordibus Prædicatorum impressa semper manere, qui docet, ait sanctus Doctor, & facit quod docet, ille vere

*Verba valde  
notanda.*

docet, qui vero non facit quod docet, non alium docet, sed seipsum condemnat, & melius est facere, & non docere, quam docere, & non facere: quoniam qui facit, & si tacuerit, alios corrigit suo exemplo, qui autem docet, & non facit, non solum neminem corrigit, sed adhuc multos scandalizat, quis enim non moueatur ad peccandum, cum videat ipsos Doctores veritatis peccantes? quia per illos Prædicatores, qui docent, & faciunt glorificatur Deus, per illos autem qui dicunt, & non faciunt blasphematur. Ita Doctor sanctus homilia 10. in Matthæum operis Imperfecti.

*S. Bernar.*

*Hoc idem sentit sanctus Bernardus dicens: Monstruosa enim*

enim res est, sedes prima, & vita infima, gradus summus, & status infimus, ingens authoritas, & animi instabilitas. Timeat Prædicator, ne sibi dicatur illud Pauli ad Romanos primo capite: *Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum furaris, qui prædicas non mechandum mecharis, qui abominaris idola*; id est, minora peccata, sacrilegium facis, id est, grauius, & maius peccatum, ubi Glossa: *Quidam habent scientiam scripturæ, non tamen habent veritatem bene viuendi: Attende tibi, & doctrinæ*; ait Paulus Prædicatorem Euangelij, cum instruens: ad Thimot. 4. cap. *Primo tibi qualiter viuas, deinde doctrinæ qualiter doceas, sicut Christus Iesus, qui prius cœpit facere, postea docere, ne tibi dicatur medice cura teipsum. Pertimesce illius vocis sonitum in cordis tui penetralibus resonantem: Peccatori autem dixit Deus quare tu enarras iustitias meas, & assumis testimonium meum per os tuum.* Vbi Casiodorus ait: *Ne lingua præsumat laudare, cui obuiat praua conscientia, vide ne bene cantes, & male viuas, quia confusibile est sanctum verbum os pollutum sumere, quia sic prædicare non alium doces, ait sanctus Chrysostomus, sed teipsum confundis, & plus in Ecclesia Dei derisioni deseruis, quam ædificationi.*

Audiant Prædicatores, audiant Episcopi, ait S. Hieronymus, qui peccata populorum rescant prædicando, si quod ore prædicant, opere non impleant: nam loquentis authoritas perditur, quando vox opere non adiunatur, & facies confusione suffunditur, quando cor à veritate alienum reperitur, quod certe sacræ Scripturæ exemplis lucide patet, Iudas Iacob filius videns, quod Thamar nurus eius fornicata esset, peccatum horrens dixit: *Comburetur*, sed postquam baculum, & anulum agnouit peccatum suum redarguente conscientia videns, respondit, *Iustior me est.* Ecce quomodo zelum, & feruorem, quibus in peccatum insurgere videbatur per peccatum suum amisit, & os eius obstructum fuit culpa in eum resurgente. Etiam quando Ioab Dux nuntium ad David misit, ut de rebus in bello gestis nuntiaret: præcauens Regem grauius ducum ignauiam reprehensurum, caute dixit: *Si uideris Regem indignari, dicens, quare ad murum accessisti?*

Ad Roman.

Glossa ord.

Ad Thim. 4.

Psalm. 49.

Casiod.

S. Chrysost.

S. Hieroni.  
super Psal.  
49. in Glos.Genesis 38.  
Exemplum  
mirabile.

Reg. II.

Exemplum  
mirabile.

## CAPVT OCTAVVM.

*an ignorabatis, quod multa desuper tela ex muro mittuntur? Tunc dices: Etiã Vrius feruus tuus occubuit. Quod audiens David ait: Hec dices Ioab, non te frangat ista res, varius enim est euentus belli, nunc illum, nunc istum consumit gladius. In quo Ioab astutia apparet, vt Regis zelum, & feruorẽ in reprehendẽdo reprimeret, suum ipsius peccatum ad memoriam reuocando, vt sic os Regis oppilarer, & reprehensionis verbum non haberet, hæc est diaboli ars, & astutia videns Prædicatorum zelum, & feruorem in vitijs arguendis, eorum peccata ad memoriam reuocare, vt vel sic feruor tepescat, David attestante: *Abereat lingua mea faucibus meis, obliuioni detur dextera mea.* Sic est, ait S. Thomas à Villanoua, quod cum dextera bonorum operum obliuioni datur, lingua Prædicatorum faucibus hæret, diabolo sic procurante, & propria eorum conscientia grauitè redarguente.*

*Psal. 138.*

*S. Thom. à Villanoua.*

*Hierem. 3.*

*Lyra ibi.*

*Glossa ibi.*

*Ezech. 3.*

*Glossa.*

*S. Greg. ibi.*

Hanc tam necessariam doctrinã Spiritus Sanctus per Hieremiam Prophetam nos docet dicens cap. 3. *Confusio comedit fructum patrum nostrorum*, id est, Prædicatorum, qui sunt patres populi Christiani, & ipsi dicunt, *dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam Domino Deo nostro peccabimus.* Quia malitia Prædicatorum, ait Lyranus, videtur minus curabilis quam sæcularium, quia quanto status altior, tanto casus grauior, ac per consequens adsurgendum difficilior. Nota, confusio comedit fructum, quia fructus Prædicatorum perditur, quando peccatorum confusio in corde Prædicatoris reperitur. Et bene dicitur, ait Glossa, dormire in confusione sua, & perire in ignominia sua, quia & cessant à prædicatione, & loqui erubescunt, quos scelerum suorum conscientia castigat. De astutia diaboli scriptum est Ezechielis 3. *Ego adharere faciam linguam eius palato eius.* Quod communiter à Doctoribus intelligitur de confusione Prædicatoris in vitijs corrigendis suis peccatis reclamantibus: nã sicut in cõfessione, sic in prædicatione verecundiæ suæ retia expandere solet diabolus, vt sanctus Gregorius ibi notauit, dicens: aliquando pro vitio Prædicatoris, scilicet, pro verecundiã, aliquando pro vitio audientis subtrahitur sermo prædicationis.

*Panis eius in utero illius vertetur in fel aspidū intrin-* *Iob 20.*  
*secus, ait S. Iob cap. 20. Quæ verba de Prædicatoribus*  
*dicentibus, & non facientibus sanctus Gregorius expli-* *S. Gregor.*  
*cat dicens: Talis Prædicator sacri eloquij erudiri stu-*  
*det mysterijs, non vt ex illis viuat, sed vt cæteris homi-*  
*nibus quam sit doctus appareat, panis eius in utero illius*  
*in fel aspidum conuertitur, quia dum de sacræ legis sci-*  
*tiæ gloriatur, vitæ potum vertit sibi in veneni poculum,*  
*& inde reprobus moritur, vnde ad vitam erudiri videba-*  
*tur. Curet ergo Prædicator, vt panis sapientiæ in corde*  
*dulcescat per sanctam vitam, & conuersionem, & bonæ*  
*conscientiæ testimonium: ne de illo quis dicat illud Sa-*  
*lomonis Proverbiorum 16. Fauus melis in ore leonis mor-* *Proverb.*  
*tui. Lex diuina dicitur fauus melis, de qua David quam*  
*dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo, im-* *Glossa ibi.*  
*mò dulciora super mel, & fauum. Sed caue quod sequi-*  
*tur, in ore leonis mortui, qui illi nihil sapit, licet alijs dul-*  
*cedinem præstet. Sic euenit Prædicatori in suis peccatis*  
*mortuo, vt de verbo vitæ alijs dulcedinem præstet; ipse*  
*verò nihil dulcedinis (spiritualis, & deuotionis) (conscien-*  
*tia amaricante) experiatur.*

Hoc mysterium præsignauit Spiritus Sanctus in vo- *Ezech. 3.*  
 lumine illo Ezechieli oblato ad comedendum illud, quod  
 postquam comedit, factum est in ore suo tanquam mel  
 dulce. Volumen legis diuinæ, in quo sunt carmina, id est, *Glossa.*  
 laudationes bonorum, & lamentationes, id est, commina-  
 tiones malorum, & væ damnationis æternæ, Prædicator  
 debet comedere, & in stomacho animæ, id est, memoria  
 traicere, & igne charitatis, & deuotionis per quosdam  
 actus animæ, scilicet, mores bonos digerere, & transfun- *S. Bernard.*  
 dere, ita vt vita attestante anima bona efficiatur, tunc fit *serm. 23. 17*  
 dulce in corde Prædicatoris. Quia scriptum est nil dul- *Cantic.*  
 cius quàm respicere in mandata Dei. Illa scilicet obseruā-  
 do, & in custodiendis illis, id est, mandatis, & consilijs re-  
 tributio multa, quia in futuro datur magnum præmium,  
 & in præsentem habetur magnum gaudium, ait Glossa. Sed  
 si solum in memoria animæ detinetur, id est, in specula-  
 tione, & non in operatione, vnde gaudium habere debe-  
 bat, haurit tormentum. Quia sicut cibus indigestus, & *Nota.*

# CAPVT OCTAVVM.

*Exemplum.*

qui non habuerit bonam decoctionē malos generat humores, & corpus corrumpit, non nutrit: ita multa scientia in stomacho animæ, id est, memoria ingesta si igne charitatis digesta nō fuerit, & ad bona opera transfusa, nonne illa scientia reputabitur peccatum? tanquam cibus conuersus in malos humores? an non malus humor peccatū? an nō mali humores mali mores? an nō inflationes, & tortiones in cōscientia sustinebit; quia huiusmodi est? sciens bonum, & non faciens? an non responsum mortis, & damnationis toties in se ipso habebit, quoties in mentem uenerit illud Iesu Christi uerbum, seruus sciens uoluntatē Domini, & nō faciens plagis bapulabit multis? Talis certē Prædicator nō solū nullū fructum faciet in alijs, sed magnū in se ipso portabit tormentum. Ita sanctus Bernardus.

*2. ad Tim. cap. 2.*

*Glossa.*

*Lyra.*

*S. Ambros.*

Quomodo Prædicator debet esse uir potens in opere, & sermone ostendit sanctus Paulus ad Timotheum scribens 2. ad eum cap. 2. *Solicite cura (ait) te probabile exhibere Deo operarium, inconfusibilem rectē tractantem uerbum ueritatis.* Nota probabilem te exhibere in moribus, & sancta conuersatione, ait Glossa. Operarium inconfusibilem, ut non erubescas dicere uerum propter malam conscientiam tuam, ait Lyra. Rectē tractantem uerbum ueritatis. Quod rectē tractatur, ait Ambrosius, quādo opere impletur quod ore prædicatur. Quod rectē tractatur proponendo singulis uerba competentia, ut pote sapientibus altiora, simplicibus magis plana, quia qui minus capacibus altiora loquitur, non uilitatem, sed sui ostentationem facit, ita Glossa ubi supra.

*Leuitic. 19. Radulphus eleganter, & deuote.*

*Agri nō seres diuerso semine,* ait Moyses in Leuitico c. 19. Vbi Radulphus ait: ager est sancta Ecclesia, cui per Apostolū dicitur, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Diuersum semen in hoc agro seminat, qui super cathedrā Moysi constitutus dicit, & nō facit, bona loquitur, & mala operatur, uerbo triticum spargit, exemplo autē suo sementem peccati in discipulorum cordibus iacit: quia ab officio prædicationis merito repelluntur illi, qui maculas habent, & qui uitijs suis adhuc deseruiunt. In loco eminentiori constituti præesse possunt, prodesse non

valent: nam si fortassis officio exigente bona dicere cogatur, auditores (ut est humana perversitas ad malum prona) citius imitantur mores aliter loquentis, quã obediunt dictis aliter facientis.

Capulus gladij Aioth longitudinis palma fuit, & accinctus est eo subter sagum in dextro femore, & Regẽ Eglon occidit, ait Scriptura sancta, Iudicum 3. quod mysteriũ expendens Abbas Stephanus ait, verbum debet operi respondere, & prius operatio, quæ per sagum intelligitur debet apparere, quam prædicatio; sic enim faciendo Eglon, id est, peccatorem occidit, sed quia in multis hæc desunt, prædicatio à suo fine defraudatur: ideò Christus Dominus, immundum spiritum vetuit eum prædicare, & laudare, sed sanctos elegit Apostolos, qui Euangelium, & munda mente, & lingua prædicarent. Vnde tu si es immundus, vel si immundus spiritus tibi dominatur, non es aptus Regnum Dei Euangelizare. Ait Beda.

Prædicatores loquentes, & non operantes, similes diabolo dicuntur sanctam Scripturam in ore portantes, non in corde, habentes doctrinam in ore, malitiam in corde, sicut Caiphas, & Balaam; quia Caiphas, ut Chrysostomus differit, cum esset Pontifex, licet indignus prophetavit, & os tantum gratia, non cor scelestè attigit, & multi alij futura prædixerunt, sicut Pharaon, & Balaam. Vide quanta spiritus gratia sit, ut à mala mente verba prophetica, & admirationis digna potuit elicere. Heu, heu fratres! quam multi sunt similes istis, qui verbum Dei solũ in ore habere videntur, non in corde: in corde inest desiderium humani questus, mundanæ gloriæ, & auræ popularis, seipso prædicantes, non Dei gloriã, & animarum salutem quærentes, seipso famosiores, & sapientiores Prædicatores ostentantes, omnes sui admirationem facientes, nullum conuertentes. Hi certè cum Caipha, & Balaam verbum Dei in ore habere notantur, non in corde, quia cor eorum vanum est, & ab omni deuotione, spiritu, & feruore alienum. Exploratores terræ promissionis terruerunt populum ab ingressu illius, exploratores isti, malos Prædicatores significant, ait Lyranus, qui per notitiam scripturarum exploratores sunt terræ vi-

*Iudicum 3.*

*Abbas Stephan. ibi.*

*Marci 2.*

*Beda ibi.*

*Stella in Lucam.*

*S. Chrysost.*

*Numer. 13.*

*Lyra ibi.*

## CAPVT OCTAVVM.

ventium, sed per suam malam vitam, & conuersationem scandalosam, & ipsi ab eius ingressu deficiunt, & alios suo malo exemplo impediunt, de quibus ait Christus: *Ve vobis Scribae, & Pharisei, qui clauditis Regnum caelorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare.* Vestro scilicet malo exemplo. Soli Caleph, & Iosue populum prouocauerunt ad ingressam terrae promissae, quia paucissimi sunt, qui veri exploratores caelestium gaudiorum per contemplationem existant, & suo verbo, & exemplo, fideles ad aeternae vitae brabium instanter, & feruenter vocantes in vita spirituali, & sancta conuersatione perseuerent.

Timeant Praedicatorum, & videant, ne diabolum imitentur, qui scripturam in ore portabat, vt Doctor; malitiam autem in corde vt peccator, quia vt sanctus Chri-

stostomus ait: qui seipsum cum docere nequinerit, alios docere conatur, irrisioni est oppositus plurimorum; docere enim absque operibus condemnat docentem. Sicut Regia chirographa nullius sunt authoritatis, nisi Regium sigillum appensum habeant, ita Praedicator, nisi sigillum sanctae vitae, & conuersationis ostendat, nihil agere videtur, hoc certè sigillum magnam authoritatem, & dicendi audaciam praestat: *Vos estis lux mundi*, ait Dominus Iesus cum Praedicatoribus loquens, quasi dicat, sicut lux in lampade existens oleo sustentatur, sic doctrinae meae lux, in sancta operatione, & conuersatione conseruatur, & sanctorum operum oleo suffulta, caecos illuminat, errantes dirigit, & huiusmodi Praedicator aptus inuenitur il-

luminare ijs, qui in tenebris peccatorum sedent, & ad dirigendos pedes eorum in viam pacis. In vestibus Sacerdotalibus prius Moyses tunicam Iacinthinam, quam

super humerale posuit. In qua Iacinthina veste (vt Radulphus notauit) caelestis conuersatio exprimitur, in super humerali scientia, & veritas declaratur. Quia prius opera sancta sunt exercenda postea doctrina exhibenda.

Quasi quidam habitus ex multis bonis operibus procedens. Quia docere, & non facere plus nocet quam proficit in Ecclesia Dei, vt eleganter prosequitur sanctus Chri-

stostomus hom. 30. in Acta Apostolorum dicens: quid super-

perbis, quôd doceas sermonibus, per quam facile est philo- *Eleganter pro*  
 sophari verbis, doce me vita tua, hæc enim doctrina *sequitur.*  
 optima est. Dicis, & prædicas, quod opus est modestia-  
 humilitate, & castitate, & tu procul ab hoc sermone reco-  
 dis: & rethorice nullo prohibente verbis diffluens, sed  
 te melior est ille, qui operibus docet. Non sic insident  
 animo verba, ac opera, quoniam si non habueris opus bo-  
 num, non ita proderis loquendo: quare quia opus mihi  
 propoais, ac si impossibile esset. Si tu qui tanta loqueris,  
 & non facis, multo magis ego venia dignus sum nil tale  
 dicens. Ideo Propheta ait, quare tu enarras iustitias  
 meas: maius hoc damnum est, quando quis bene docet  
 verbis, sed doctrinam opperibus opugnat. Hoc multorû  
 in Ecclesia Christi malorum est causa. Hæc Doctor san-  
 ctus.

Heu, heu, timeo, ne fortè possimus dicere de Ecclesia,  
 quod Isaias olim dixit de synagoga, à planta pedis vsque *Isaie 1.*  
 ad verticem capitis non est sanitas in ea. Tantæ miseræ  
 causa subditur, quia omne caput languidum, & omne cor  
 mærens. Per caput, & cor Prædicatores, & Sacerdotes  
 intelliguntur (ait Glossa) quia sicut ex corde procedit *Glossa.*  
 sensus, & motus ad alias corporis partes, sic per Prædi-  
 catores debent alij accipere sensum bonæ cognitionis, & *Lyra,*  
 motum sanctæ operationis. Sed quia caput laegnet mag-  
 nis febribus ambitionis, superbix, & auaritiæ, cæterarû-  
 que passionum, vt sanctus Ambrosius ait, ideo corpus tã- *S. Ambros.*  
 tis malis redundat, quia omnes (Propheta testante) cor-  
 rupti sunt, & abominabiles facti sunt, corrupti in suis pec-  
 catis abominabiles coram Deo, & Angelis in suis ver-  
 bis, & conuersationibus. Ait Glossa.

Aliqui Prædicatores sunt similes arbori nouæ, vel ni- *Exemplum*  
 mis antiquæ: nam in vtroque statu facit folia magis lata *mirabile.*  
 sine fructu, quia vt Albertus ait: propter defectum ca-  
 loris non potest sufficienter humorem dirigere, vt faciat  
 fructum, sed totus conatus est, vt faciat folia lata, sic ta-  
 les ex defectu dilectionis, & deuotionis nō faciunt ope-  
 ra bona, sed totus conatus eorum est, vt faciant folia la-  
 ta verborum, de quibus conquæritur Christus, dicunt, &  
 non faciunt.

# CAPVT OCTAVVM.

3. Reg. 3.

S. Greg. mi-  
rabiler in-  
terpretatur.

Tales enim Prædicatores solum loquentes, non operantes in duabus meretricibus coram Salomone decer- tantibus mirifice figurantur, de quibus sanctus Gregorius sic ait: per matres lactantes ordo Prædicatorum per filios earum signatur persona discipulorum. Nam magistri scientia vigilantes, sed vita dormientes, auditores suos, quos per vigilias prædicationis nutriunt, dum quod dicunt facere negligunt, per somnium torporis occidit, & negligendo opprimunt, quos alere verborum lacte videbantur.

Deut. 28.

Stephanus  
Abbas.

Iam etiam impletum videmus in Ecclesia, quod Moyses dixit de synagoga; *Faciet Dominus cælum æneum, & terram ferream.* Per cælum Prædicatores intelliguntur ait Magister Lyra, æneum, id est, ad modum æris sicum, & clausum, ita ut inde non procedat ros, nec pluvia salutaris. Vel ut ait Stephanus Abbas, cælum æneum est quando vita Prædicatoris tantum est in sono verborum, quando Prædicatores verba quærun, non opera. Terra ferrea sunt corda hominũ, in quibus expargitur verbum Dei, vere ferrea, id est, dura, & obstinata, ut fructum nõ afferant in patientia. Quid mirum si terra sica sit, & dura si cælum non pluatur? Siquidem exinde inebriari sperat. Non certẽ mirum est si hominum corda rigida maneant, & sica, si cœli, id est, Prædicatores non meliflui fiant, id est, deuotionis, & dulcedinis spiritualis stilicidia nõ emittant tanquam cœli enarrantes gloriam Dei.

Ecclesiastici

45.

S. Vincent.  
Ferrer in ser-  
mone sancti  
Ioannis Eu-  
geliste pul-  
chre. & deno-  
te explicat.

*Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis,* ait Ecclesiasticus 45. Corona ista est sapientia diuina, qua anima Prædicatoris debet ornari quatuor habens flores, ante, per Dei cognitionem, & eius diuinas perfectiones, retro, per cognitionem omnium creaturarum, à dextris, per cognitionem gloriæ, à sinistris, per notitiam tormentorum infernalium. Multi Prædicatores hodie portant coronam sapientiæ, sed non expressam signo sanctitatis, sed vanitatis. Habent magnam sciẽtiam, sed habent malam conscientiam: portant illam coronam in capite quatuor lilijs ornata in circuitu. Ante, per sciẽtiam quam habent de Deo, legendo, disputando de diuinis attributis, de relationibus, & nominibus diuinis, sed

sed non expressatur signo sanctitatis, quia nullum saporem sentiunt deuotionis, & dulcedinis. Retro, per scientiam creaturarum, earum proprietates, virtutes, & inclinationes perscrutando, sed non expressatur signo sanctitatis, eas despiciendo, vt corruptibiles, & plenas anxietatis, & afflictionis, à dextris, per cognitionem de gloria cœlesti, de illis qui saluantur, & per quæ opera de ordinibus Angelorum, de gradibus gloriæ, sed nõ expressatur signo sanctitatis, quia non se parant per bonam vitam, vt ad illam perueniant ardentè illam desiderando à sinistris, per certam scientiam, quam habent de inferni æternis tormentis, & penis damnatorum, sed non expressatur signo sanctitatis, cauendo à peccatis, ne in illas deueniant.

*Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi*, dixit Dominus Iesus cum Prædicatoribus loquens. Sed priusquàm istorum verborum mysteria attingamus notare debemus duas inter cæteras, salis materialis præcipuas proprietates à sanctis Doctoribus annotari, videlicet cibus saporem impertiri, & carnes à corruptione, & vermibus cõseruare, quas virtutes in sale Euangelico, id est, Prædicatore maximè oportet inueniri. Nam vt sanctus Chri-

Quid animas hominum, nisi cibum Domini dixerimus? quæ ad hoc sunt cõdita, vt in eius corpore mystico traiciantur, sed huius cibi condimentum nos esse debemus, sed quia dum nos ab orationis, & eruditionis sanctæ aliarumque virtutum vsu cessamus, sal infatuatum est; cõdiri non valet cibus Dei, atque idcirco ab authore nõ sumitur, quia exigente fatuitate nostra minimè conditur. Nota quod virtus, & proprietas salis Apostolici sunt vsus orationis, & exercitium meditationis, & contemplationis, mortificationis, humilitatis, & deuotionis, cæterarumque virtutum, & quia Prædicator ab istis virtutibus cessat, ideo sal infatuatum dicitur, & quod mini-

*Matth. 5.*

*S. Chrysost.*

*S. Gregor.  
hom. 17. in  
Euang.*

*Doctrina  
valde notanda.*

# CAPVT OCTAVVM.

mē animas condire, & gustui Dei aptas apponere non valet.

*S. Hilar. cō-  
mentario in  
Matth. Ca-  
none 4.*

*Vos estis sal terræ.* Proprietas est querenda dīctorum ait sanctus Hilarius, quam & officium Apostolorum, & ipsius salis natura monstrabit. Sal igitur incorruptionē corporibus, quibus aspersus fuerit, impertit, & ad omnem sensum conditi saporis aptissimus est. Apostoli sunt rerum cœlestium Prædicatores, & æternitatis velut factores, immortalitatem omnibus corporibus, quibus eorum sermo aspersus fuerit conferentes: ideo eos sal terræ nuncupatos monet in traditæ sibi potestatis virtute persistere, ne infatuati nihil saliant, & ipsi sensu accepti saporis amisso viuificare corrupta non possint, & proiecti de Ecclesiæ promptuarijs pedibus incedentium proterantur. Etiam aduerte in ista authoritate sal Apostolicum in virtute debere semper persistere, ne amisso sapore virtutis, scilicet, orationis, meditationis, & contēplationis, & aliarum virtutum nihil saliat, & corrupta viuificare nō possint, sed projiciantur de Ecclesiæ ptōptuarijs, id est, religionibus, & dignitatibus, in quib⁹ sunt, vel quas possident, quia licet ibi sunt numero, non merito. Et cōculcentur ab hominibus: nam cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.

*Doctrina no-  
tanda.*

*S. Vincent.  
Ferrer.*

Virtutes, & proprietates salis Evangelici ait sanctus Vincentius Ferrer, quas Apostoli possiderunt, & Prædicatores possidere debent, sunt Sanctarum Scripturarum intelligentia, exemplaris vita, pura conscientia, bona fama, rerum mundialium contemptus, & cœlestium præmiorum feruentissimus amor. Istis virtutibus mundum condierunt, & corda peccatorū à corruptione præseruauerunt. Et huius temporis Prædicatores, quia illis vacui apparent, nihil vel parū saliant, quia si sal infatustum fuerit, in quo salietur? Ideo hominum corda, & corpora vermescent, ideo tot corruptiones morum abundant, ideo iniquitatum multitudo totam inundauit terram: nam furtum, mēdatium, homicidium, & adulterium inundauerunt super terrā, & sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato cumulatur. Ait Glossa.

*Osce 4.*

*S. Chrysost.*

*Vos estis lux mundi,* ait Christus, lux ista, vt sanctus Chri-

# CAPVT OCTAVVM. 41

Chrisostomus notauit, intelligibilis est, & spiritualis, ipsoque sole fulgentior. Lux ista est doctrina Evangelica, & lux sanctæ operationis, quæ in Prædicatore Evangelicò debent refulgere. Sed nota, quod Christus dicendo vos estis sal terræ, addidit, quod si sal euauerit in quo salietur? quod quidem de luce conticuit, non addendo, si lux obscurabitur, in quo illuminabitur? quia quod de sale ipse explicauit, de luce etiam intelligi voluit. Nã lux Evangelicæ, Apostolicæque doctrinæ, per malã prædicantium vitam, & scandalosam cõuersationẽ, quodãmodò obscuratur. Audiamus quid nobis dicant sancti Prophetæ, sacrique Doctores. Isaias dicit, obscuratus est Sol. Ioel addidit, Sol in tenebras conuersus est. Ioannes clamat, Sol factus est niger, sicut saccus cilicinus.

*Isaia 13.*

*Ioel. 2.*

*Apocalip. 6.*

Sol iste status est Prædicatorum, & Prælatorum, qui in Apostolis vita, & doctrina permaximè explendebar, in Doctõribus fulgebat, in sanctis alijs emicabar. Nam mundum vniuersum illuminauerunt miraculis, & doctrina. Sed vix nobis ait Alredus, qui in ista infœlicia tempora incidimus, in quibus Sol in tenebras est conuersus. Eia videant Prædicatores, attendant Prælati, quorum vices gerunt, quorum obtinent cathedras, quorum infulis gloriantur, & iudicent ipsi, si non est ita vt cernimus. Considerent quos sciẽtiæ radios, quæ virtutum lumina, quas charitatis flammæ, quæ spiritualium correptionũ fulgura, suis emittebant temporibus, Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Hilarius, Hieronymus, & alij mille: fœlicia tempora, in quibus tam raro malus, quàm nunc bonus in Ecclesia inuenitur.

*Alredus deuote, & eleganter.*

*Nota.*

Iam Sol iste nõ solũ in tenebras conuersus est, sed valde laceratus, & percussus manet. Iã quartus Angelus tuba cecinit, & pars tertia Solis percussa est. Nota, quartus Angelus, Angelus ille, qui in veritate non stetit: bene quartus, qui extra tres Ierarchias expulsus, quartus ad percutiendum Solem, id est, statum Prædicatorum, & Prælatorum reprobatum permanit. Angelus ille, de quo dicitur Angelus Domini persequens eos, persequens eos, id est, de vno peccato in aliud trahens. Iste enim tertiam Solis partẽ percussit. Prædicatorũ sunt tres partes, sicut

*Nota. Apocalip. 6.*

## CAPVT OCTAVVM.

*Santius de porta sacri Palatij Magister.* sunt tria in Sole. Nam Sol habet tria, corpus magnū, in quo notatur potestas Prælatorum magna: nam quæcumque ligaueris super terram erunt ligata & in cælo. Item, Sol habet corpus clarum, in quo notatur illorum fides, & myſteriorum Dei clara notitia. Item, Sol habet corpus calidum, in quo notatur Prædicatorum charitas, & feruor: hæc est tertia pars, in qua percusus est Sol, quia licet potestatem, & cognitionem retineant, feruorem charitatis & deuotionis perdidit. Quoniam abundauit malitia peccatorum, refrigescet charitas Prædicatorū.

*Iob 41.*

Vis videre magnam stragem Angeli percutientis? attende quod dicit sanctus Iob: *Sub ipso erunt radij Solis*, cap. 41. Radij Solis, teste Gregorio, sunt Prædicatores, à Christo Sole Iustitiæ illuminati, nā ipse dixit, ego sum lux mundi. Prima scilicet, & essentialis, & vos estis lux mundi, lux inquam à me participata: isti ergo radij Solis sub ipso, id est, diabolo sunt, quia superbi, & arrogantes sub Leuiatan seruiunt, quia ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Diuitias, qui querunt Mammonæ subiiciuntur. Luxuriæ dediti, & delitijs carnalibus affluentes Almodæo placent: alijsque terrenis affectionibus irretiti, lumen veritatis libere non valent ostendere. Quia

*Iob 41.*

ut Ezechiel Propheta ait: *Terra vsque ad fenestras, & fenestra clausa erant*, cap. 41. Fenestræ templi, ut idem Gregorius ait, sunt Prædicatores: quia in templo Dei sanctæ prædicationis lumen infundunt, sed cum terra vsque ad fenestras est, fenestræ clausæ sunt, quia cum terrena affectio in Prædicatorum cordibus excrescit fenestræ lumen non infundunt, quia Prædicatores ab officio prædicationis obmutescunt. Ita sanctus Gregorius.

*Iob 41.*

*Ezech. 41.*

In mundo visibili vapores ex terra irrigata sæpè eleuari videmus, quibus Sol obscuratur, & eius radij operiuntur, & hemispherium nostrum tenebrosum manet, sed surgente Aquilone nubes dissipantur, quia scriptum est: *Ventus Aquilo dissipat nubes*. Tunc cælum serenū redditur, Sol illuminat, & eius radijs terra feruescit, & fecundatur: ex carne nostra, carne peccatrice in peccatis concepta, nata, & nutrita, peccatis assueta, & in peccatis inmolata, increpata, impinguata: dilatatata, increpata delitijs,

*S. Gregor.*

*Exemplum.*

*Proverb. 25*

in

impinguata diuitijs: dilatata honoribus, & dignitatibus, procedūt vapores, id est, carnalia, desideria, quæ militāt aduersus animam desideria arrogantie, & superbie, vanitatis, & gulositatis, & negligētiæ, quibus Sol Iustitiæ obscuratur, & absconditur, & radij suarum gratiarum teguntur, & animæ hemispheriū tenebrosū maneat, ita vt Chrysostomo lugente, candor iustitiæ iam recessit de mundo, id est, Ecclesia. Et Sol Iustitiæ radios gratiarum suarum in se colligens, renocauit, & totam terram nigredo iniquitatum quasi nox fusca cooperuit; hæc enim obscuritas, non solū in vallibus, id est, laicis, sed in montibus, id est, Prædicatoribus, & Sacerdotibus in summo vertice spiritaliū dignitatū possitis apparet: Ita Chrysostomus. Quid faciendum charissimi? nisi cum Sponsa dicere: *Surge Aquilo, vini Auster, perfla hortū meum, & fluent aromata illius.* Aquilo iste, timor Domini est, quia sicut Aquilo dissipat nubes, ita timor Domini expellit peccatum, expellit inquam ex animæ nostræ hemispherio: timor iste fugat vitia, virtutes fundat, & inchoat ad sapientiam: time ergo o homo, quia in morte separandus es à bonis omnibus huius mundi: time quia in terribili iudicio præsentandus es illi, in cuius manus incidere horribile est, & eo examinante (quem nil latet) siquidem in te inuenta fuerit iniquitas, tollendus es, ne videas gloriam Dei: time quia in gehenna cum diabolo, & Angelis eius æternis es supplicijs cruciandus, in quibus laborabis in æternum, & quod grauius est, vsque in æternum non videbis lumen, id est, gloriam sanctorum. Hæc Bernardus.

Si Aquilo iste, o Prædicator, hortum tuum perflat sine dubio fluent aromata illius, quæ sunt odor virtutum vera mortificatio, sancta vita, pura conscientia, cœlestiū contemplatio, præsentium contemptus, quibus animæ hemispherium serenum manebit, & abdicatis noxiarum affectionū nubibus tetris Solem Iustitiæ videbis, & gratiarum suarum radios in te recipies, & verum sal effectus, & clara lux factus mirabiles in cordibus fidelium virtutes efficies. Quia sicut docere, & non facere, causa est multorū malorū in Ecclesia Dei, vt ex sancto Chrysostomo supra retulimus, ita qui fecerit, & docuerit mag-

*Deut. 32.*

*S. Chrysostomus.  
hom. 44. operis imperfe-  
cti.*

*Cantic. 4.*

*Eccles. 1.*

*S. Bernardus.  
in serm. de  
4. nonis.*

*S. Chrysostomus.*

*Matth. 5.*

# CAPVT NONVM.

nus est in Regno cœlorum, & magna cumulat bona in congregatione fidelium.

## CAPVT IX.

*IN QVO DEMONSTRATUR,  
quantam utilitatem faciant in Ecclesia  
Prædicatores, qui quod docent, ope-  
rantur.*

*Apocalip. 4.*



*Glossa ordi-  
naria mira-  
bilis de Præ-  
dicatoribus  
dicit.*

**H**OC Enim demonstrat Beatus Ioannes, quatuor animalium mysterium describens: dicit ergo, quod illa quatuor animalia (in quibus sancti Prædicatores figurantur) in leone propter constantiã in arguendo: rugitus suæ prædicationis peccatores terrendo: in vitulo animali immolatio propter mortificationem corporis: in homine propter mansuetudinẽ inexhortando: in aquila, propter altitudinem contemplationis. Cum haberent sex alas, quæ sunt, lex naturalis, lex Moisi, Prophetæ, Euangelium, institutiones Apostolorum, & sacrorũ Doctorum doctrine: per quas alas Ecclesia alta petit, & à quibus Prædicatores Evangelici totius prædicationis fundamentum accipiunt. Essentque plena oculis ante, & retro, id est, memores præteritorum peccatorum, & euenientes in futurum. Vel habentes cognitionem de his, quæ Deus fecit, & facturus est in fine mundi. Vel habentes notitiam noui, & veteris Testamenti. Vel placentes Deo in puritate conscientie, & hominibus in sancta conuersatione. Vel plena oculis intus, & foris, quia per litteram simplices per allegoriam perfectiores instruunt. Vel intus se mundos seruant foris alius suo exemplo informant. Cum ergo illa animalia sic descripta, & mirabiliter depicta, darent gloriam, & benedictionem sedenti

*Doctrina  
valde nota  
da.*

super thronū, & viuēti in ſecula ſeculorum: viginti quatuor ſeniores procidebant ante ſedentem in throno, & mittebant coronas ſuas dicentes, dignus es Domine accipere gloriam, & honorem, &c. Quia cum Prædicatores ſancti prædictis virtutibus ornati Deum prædicant, & laudant, omnes fideles ſuo exemplo ducti diuinæ ſubiiciuntur maieltati, & a ſuis peccatis auertentes, Deum laudant, Deum timent, & adorant. Tantum valet, tantū bonum præſtat ſancta Prædicatorum conuerſatio in Eccleſia Dei.

Nam quid ad ſe Chriſtus non traheret (ait quidā Doctorem) niſi retraheret peruerſitas Prælatorum? Quis enim Chriſtum non ſequeretur in Eccleſia, ſi Prædicatores Eccleſiæ in ſuis moribus exaltarent? Sed quod ille ſurſum trahit, illi quantum in ſeipſis eſt male viuendo retrahunt, & qui Chriſtum portare, & Chriſto fructificare debuerant Chriſto inſultare magis, quàm Chriſtum exaltare noſcuntur.

*Abū de Perſenſia eleganter.*

De illa ſancta muliere ſcriptum eſt quod erat amicta Sole, non Luna, vel Stellis, Sol non ſolū lucet, ſed ardet, cæteræ ſolū lucent: ſic Prædicator debet eſſe Sole amictus, quia non ſolū debet lucere doctrina ſana, ſed ardere debet ſanctorū operū exēplo; lumine ſanctæ doctrinæ fidelium mentes illuſtrando, & ardore ſpiritus eorū corda inflammando. Tunc erit ſignum magnum in celo Eccleſiæ omnes trahens in admirationem ſui, & in Dei laudem, quī mirabilis eſt in ſancti ſuis.

*Apocalip. 12.*

De ſancto Prædicatore Ioanne Baptiſta dicitur, ille erat lucerna ardens, & lucens, ardens (ait ſanctus Bernardus) ſancti operis exemplo, & lucens verbo: nam lucere ſolum vanum eſt, ardere ſolum parum, lucere, & ardere perfectum. Quod quidem ſi in Prædicatore inventum fuerit innumerabiles fructus in Eccleſia faciet; ſicut ipſe ſanctas Baptiſta feciſſe monſtratur.

*Ioannis 5.*

*S. Bernard.*

Angelus qui præcedebat populum Iſrael, in columna ignis per noctem, & in columna nubis per diem, ad motū eius populus mouebatur, ſi Angelus ſtabat, populus ſtabat, ſi autem Angelus ambulabat, populus ambulabat: Prædicator bonus Angelus Dei eſt miſſus ad populum Dei.

*Exodi 13.*

# CAPVT NONVM.

*Lyra mysti-*  
*ca.*

Dei in cœleste Regnū deducendum Angelus in puritate Angelus in scientiæ plenitudine, nobis etiam debet esse refrigerans audientes rore doctrinæ cœlestis contra vitiorum ardores. Ignis esse debet etiam ignorantix tenebras à cordibus fidelium propulsans: iste ergo quando ambulat de bono in melius, de virtute in virtutem proficiendo, totus fidelium populus suo exemplo post eū vadit. Si stat in vitijs, & negotijs sæcularibus irretitus populus stat similibus peccatis circumplexus. Tantæ virtutis est boni pastoris exemplum, vt ad eius motum simul, & moueantur populi. Quod exemplis manifestis patet.

*Exodi 14.*

*Lyra ibi.*

*1. Reg. vlti.*  
*cap.*

In Aminadab primò intrante inter fluëta Maris Rubri, quem totum populum fuisse sequutum declarant sancti Doctores, & propter hoc egregium facinus Regium sceptrum consequutus vsque ad Christi aduentum obtinuit. Etiam in Rege Saule patet in gladium irruente suum, quem armigerum suum sequutum fuisse Regis exemplo permotum textus sacer exponit. Tam efficacia sunt maiorum exempla, siue ad bonum, siue ad malum prouocantia.

*Ezechi. 1.*

*Galfrid. my-*  
*stice loqui-*  
*tur.*

De illis mysticis animalibus, in quibus sancti Prædicatores (vt diximus) figurantur ait Ezechiel Propheta, cum ambularent animalia, ambulabant pariter, & rotæ, cum euntibus ibant, cum stantibus stabant, cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ. Vidimus gestū, requiramus mysterium, quod deuotus Galfridus sic explicat; credimus enim quod sicut per animalia sancta Prædicatores, sic per rotas intelligere debemus populorum congregationes: quæ cum eleuatis à terra, pariter eleuantur presentium omnium oblitæ: nunc autem quod miserandum est, & maximè dolendum, in pluribus laicis cum retrocedentibus animalibus reuertuntur, & rotæ, & cum cadentibus cadunt, & cum stantibus ad terram pariter incuruantur. Tam efficax est maiorum exemplum, nā qualis est Rector ciuitatis, tales sunt qui habitant in ea.

*Iudicum 2.*

Arguens Angelus peccata populi cum loqueretur ad filios Israel, ait sancta Scriptura: *Eleuauerūt vocem suā, & fleuerunt immolaueruntque hostias Domino.* Per istum Angelum, ait Magister Lyraus, qui de peccatis com-

missis populum arguit signatur bonus Prædicator, arguens efficaciter populum, & eum deducens vsque ad lacrymas contritionis, & quia non sufficiunt de communi cursu, nisi sequantur opera satisfactoria, sequitur, immolauerunt hostias Domino. Quas hostias ostendit Paulus dicens, obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra Deo, hostiam sanctam, Deo viuentem, rationale obsequium vestrum. *Glossa.*

Quid mirum quod populus talia faceret, siquidẽ Prædicator Angelus erat? Et quid mirum si in sermonibus plurimorum Prædicatorum ista non fiant, si Angeli puritatem, & sanctitatem habere non carant. De quibus cum *Lyra.* *Thuenor. 23* *Paschasius.* *Glossa.* *Lyra.* *Judic. 7.* Jeremiæ flere possumus, & conqueri dicentes, Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam prouocarent. Vbi sanctus Paschasius ait, habuit Hierusalẽ seu Io Prophetas, habet Ecclesia prauos Doctores: qui liniunt abque temperamento charitatis, multa quæ docent verbis malis destruunt exemplis. Sic enim suorum peccatorum confusione perfusi, non aperiunt iniquitatem subditorum, ut eos ad pœnitentiam prouocarent, prædicantes eis placentia non vtilia, & conuenientia.

Vel aliter Prophetæ tui non aperiunt iniquitatem, scilicet, peccatorum, & maximè Prædicatorum: qui quasi adulatores pessimi verescuntur corrigere excessum in famulis, æquitaturis, pompis, & expensis: in consanguineis suis ultra meritum promouendis, dissimulantes cum eis stimantes hoc decere ad reuerentiam, & honorem tui status: cum totum hoc valde dissonet à dictis, & egestis sanctorum præcedentium, qui de bonis Ecclesiæ magnas elemosynas erogabant, & ipsi quantum poterant stricte vivebant, & habentes alimenta, & quibus tegebatur contenti manebant. Hæc multi tacent tanquam canes muti non valentes latrare. Quod quidem multorum ex causa malorum, ut supra cum sancto Chrysostomo diximus.

Quam multa bona Prædicator sanctus in Ecclesiâ Christi faciat, præsignauit Spiritus Sanctus in fortissimo Duce Gedeone, qui ad debellandos Madianitas prius la- *Judic. 7.*  
genas

# CAPVT NONVM.

*Glossa.*

*1. ad Corin.  
9.*

*Matth. 5.*

*Isaie 58.*

*S. Chrysost.*

*Psalms. 7.*

*S. Anselmus  
deuote expli-  
cat.*

*S. Chrysost.  
ita explicat.*

*Ioannis 6.*

genas fregit, lampades accensas habuit, & bucina clangere coepit. Sic Prædicator bonus facere debet: prius lagenam sui corporis per poenitentiam frangere studeat, vt sanctus Paulus Prædicatorum magister faciebat dicendo: *Castigo corpus meum*, ieiunijs, & disciplinis, ait Glossa, & *in seruitutem spiritus redigo, ne cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar.* Deinde lampades sanctorum operum in manibus debet habere, vt Christus docet sic luceat lux vestra corâ hominibus, vt videant opera bona vestra, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Postea tuba prædicationis clamet Isaiam audiendo dicentem: *Glossa, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Sic enim faciendâ Madianitas, id est, demones terret, carnem vincet, & mundum. Sed huius temporis multi Prædicatores ordinem peruertunt tuba solum canendo lagenas, & lampades manumissas faciendâ, & sic nullos peccatores compungunt, immo seiplos confundunt irrisioni potius quam ædificationi expositi, vt sanctus Chrysostomus dixit.

Exurge Domine in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circumdabit te. Exurge Domine, ait Beatus Anselmus, apparere manifestare in præcepto implendo, quod primis parentibus mandasti. Exurge carnem assumendo, vt mundus videat, quod si præcipis obedientiam, videant quod factus es obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, si humilitatem mandas, videant te lauante[m] Discipulorum pedes, si charitatem suades, in Cruce pendente[m], & pro inimicis orante[m], Pater mitte illi, quia nesciunt quod faciunt, aspiciant te cuncti sic operante[m]. Absque dubio synagoga populorum circumdabit te. Te sequendo, tibi obediendo, ibi inseparabiliter inhaerendo. Similiter Prædicator si auaritiam castiget, pauper appareat, si humilitatem suadeat, & castitatem, charitatem, & obedientiam, videant illum istis virtutibus insignitum, & sine dubio synagoga populorum circumdabit illum, illum sequendo, sermones illius deuote audiendo, & opere ad implendo.

De Christo Domino, ait Beatus Ioannes Euangelista, quod

quod sequebatur enim multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Videbat populus, quod prædicationem, & doctrinam suam operibus confirmabat, & quod ore docebat, opere adimplebat: & sic sequebantur illum populi multi. Quia ut Glossa ait, verbum prædicatum, operibus non confirmatum valde infirmum reditur ad peccatores conuertendos.

Lyra.

De Christo, ait Isaias, ac consequenter de Prædicatore Evangelico: *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verba post tergum momentis, hæc est via, ambulate in ea.* In Prædicatore primo debet esse opus, quod videatur, deinde verbum, quod audiatur. Ita ut oculi, & aures utraque suis potiantur obiectis: verba ad audiendum, opera adsint ad videndum. Et sic obedient ei dicenti, hæc est via cæli ambulate in ea, hæc est via inferni declinate ab ea: humilitas, castitas, obedientia, & aliæ virtutes viæ sunt cæli: luxuria, superbia, & auaritia viæ sunt peccatores ad infernum ducentes, ut sanctus Chrysostomus probat, quapropter, arcta est via, quæ ducit ad vitam, lata, & spatiosa, quæ ducit ad mortem.

Isaie 30.

S. Chrysost.

Hæc doctrinam confirmat mirabiliter sanctus Augustinus dicens: Non mediocrem verba vim habent ad mouendum animum audientis, dum ab eis non discordat vita docentis. Tunc enim firma est authoritas docentis, cum ea, quæ dixerit effectu operis cordi infixit audientis: & illius vox Doctoris audientium corda libentius penetrat, quam prædicantis vita commendat. Nam si fuerit Prædicator exercitatus in sermonibus, desidiosus autem in operibus, doctrinam factis destruit. Docturus igitur priusquam verbum exhortationis sonet, omne quod loquutus est operibus clamat. Dictis facta anteponantur, quia sine factis dicta parum proffunt. Quoniam de Christo dictum est, cœpit facere & docere. Grandis quippè condemnatio est componenti sermones suos, vitam suam mores, & facta negligenti: idcirco sancti viri cum se ad prædicandum parant, prius se virtutibus ornant, ut ad hoc, quod loquendo docent, bene viuendo concordent, sic enim vberes suæ prædicationis fructus colligunt. Hæc Doctor sanctus.

S. August. in præfatione sua regula.

Doctrina valde notanda.

# CAPVT NONVM.

De Christo Domino, ait sanctus Matthæus, quod *do-*  
*cebat populos, sicut potestatem habens, non sicut scriba eo-*  
*rum, & Pharisei.* Nota, sicut potestatem habens, suam  
doctrinam confirmans: ait Magister Lyranus, per opera  
miraculosa. Cæteri Prædicatores, quia hoc non possunt  
facere, debent doctrinam suam per opera bona confirma-  
re. Quia vt sanctus Chrysostomus ait, bona Doctoris vi-  
ta apponit authoritatē doctrinæ, & qui, quod prædicat  
operatur, diuinam quandam authoritatem habere vide-  
tur super animas fidelium, doctrina intellectum eorum  
illuminando, & operibus virtuosis voluntatem pariter  
efficaciter inflammādo. Hoc totū Christus mirabiliter  
faciebat, & faciet suo modo Euangelicus Prædicator si  
Christum sequutus, & eius virtutes fuerit imitatus: quia  
manus Domini non est abreuiata. Sed est diues in mise-  
ricordia, diues in omnes, qui inuocant illum.

Sanctissima Virgo, prius Verbum concepit, & Spiritu  
Sancto, & eius donis fuit repleta, tunc exurgens abiit  
in montana, vt Ioannem in originali peccato iacentem  
fuscitaret, Prædicatores docens bonis operibus, & exē-  
plis replendos fore, priusquam ad fuscitandas peccatorū  
animas per verbum vitæ accedere præsumant. Quia va-  
nū est vobis, ait Dauid cū illis loquens, ante lucem bo-  
norum operum, scilicet, surgere ad seminandum verbum  
vitæ, vanum est ante lucem surgere; cum opus lucis, ante  
lucem præsumis, ait Bernardus, vanē opus lucis, id est,  
prædicationis, ante lucem sanctæ operationis præsumis:  
lux est charitas, continentia, abstinentia, & aliæ virtutes,  
hæc præcedant, & tunc pes linguæ in incerto non poni-  
tur, sed in firmo figitur, vt gladium spiritus, quod est ver-  
bum Dei feruenter vibretur.

Iacob virgas diuersorum colorum ante oculos ouium  
ad fluenta venientium posuit, vt foetus varios concipe-  
rent, cuius mysterium sanctus Gregorius sic differit: vir-  
gas virides, & ex platanis ante oculos ouium ponere, est  
per sacre Scripturæ seriem Sanctorum Patrum vitas, &  
exempla populis præbere. Quæ quia iuxta rationis  
examen recta sunt, virgæ nominantur. Quas Iacob apte  
in canalibus posuit, quia Redemptor noster in libris sancte  
scien-

scien-

Matth. 7.

Lyra ibi.

S. Chrysost.

ibi.

Ad Rom. 10.

Luce 1.

Psal. 126.

S. Bernard.

Genes. 30.

S. Greg. ibi.

Mistice.

scientiæ eas, quibus interius infundimur fixit has aspiciētes arietes cum ouibus cocunt, quia mentes nostrę, dum in earū intentione de fixę sunt, singulis quibusque actio- nibus permiscetur: vt tales effectus operum procreent, qualia exempla præcedentium in vocibus præceptorum vident, & diuersum colorem proles boni operis habeat. Ita sanctus Doctor.

Vel aliter virgę diuersorum colorum sancti Prædi- catores sunt, de quib\* dicitur virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, quia per eorum prædicationem sancta Ecclesia promissione glorię cęlestis inter huius vitę labores consolatur. Per istas ergo virgas Domi- nicus grex per vitę mandata, & semitas iustitię deduci- tur: donec pascantur in montibus Israel, id est, cęlesti- bus mansionibus, in pascuis vberrimis diuinitatis, & her- bis virentibus humanitatis. Istę ergo virgę, cum greges fidelium ad aquarum canales veniunt, id est, ad audien- dum verbum Dei, quod aquę salientis in vitam æternā fons est, virtutum diuersarum varietate apparere debēt, scilicet, paupertate, humilitate, deuotione, castitate, pa- tientia, & obedientia, vt harum, & aliarum virtutum va- rietates populi videntes similibus virtutum ardentissi- mum desiderium à timore Domini concipientes, spiritū salutis parturiant. Quia vt iam dictū est, illius vox Præ- dicatoris corda audientium libentius, & fortius penetrat quam vita docentis commendat, & istarum virtutū or- natam varietate demonstrat. Quia vt eleganter sanctus Bernardus explicat, boni, sollicitique Pastores, & Præ- dicatores, impinguare pecus nō cessant bonis exemplis, & suis magis quam alienis: nam si alienis, ignominia est ipsis, & grex non ita proficit. Si enim Prædicator appo- fuerit Moisis mansuetudinem, patientiam Iob, Samuelis misericordiam, & David sanctitatem: imple autem sit im- patiens immisericors, & minimē sanctus, sermo minime sapiens veniet, & oves minus auide capiunt. Bonus autē Pastor hoc quoque curabit, vt habeat in semetipso sal sapientię, quia sermo sale conditus quantum placuerit ad gratiam tantum proficiet ad salutem. Hęc sanctus Ber- nardus.

*Alia exposi-  
tio authoris*

*Ezech. 34.*

*Glossa.*

*S. Bernard.  
serm. 76. in  
Cant.*

*Nota atten-  
te.*

# CAPVT NONVM.

*S. Gregor.*

Hoc etiam confirmat sanctus Gregorius dicens, cum caro restringitur, & mens virtutibus exercetur, restat v<sup>o</sup> loquentis vox virtutem doceat: quam moribus seruat, quia ex semine boni operis vberes fructus colligit prædicationis.

*Gloss. ordin.  
prosequitur  
mirabiliter.*

Sed obijciat aliquis ex Diuo Gregorio exponēte mysterium Pentecostes, in vanum laborat lingua Prædicatoris, nisi adsit gratia Redemptoris. Et illud Salomonis Ecclesiastes 7. Considera opera Dei, quod nemo corrigere potest, quem ille despexerit. Considera opera Dei, ait sanctus Augustinus. Quam magna, quam mirabilia: alium gratuita voluntate eligit, alium iusto iudicio despicit. Vnde Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Iterū, non est currentis, neque volentis, sed misereantis Dei. Itē, Moises, miserebor cuius misertus sum, & misericordiam præstabo, cuius miserebor. Nota, miserebor vocando interiorius, cuius misertus sum æternaliter prædestinando, & sanctus Thomas eleganter docet, quod dispositiones sunt aliquantulum à libero arbitrio, effectus autem finales à Deo. Verbi gratia, piscator potest disponere retia, hamos, & alia, sed quod pisces capiantur, à Deo venit, v<sup>o</sup> sanctus Petrus dixit, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et sequitur, & comprehenderunt multitudinem magnam piscium.

*S. Thom.*

*Luc. 7.*

Similiter in spiritualibus est dicendum. Prædicator, qui diceret, volo convertere paganos, & infideles, effectus stultus. Quia talis effectus à Deo est. Potest exponere sacram Scripturam, eius mysteria declarando, si ex istis dispositionibus sequatur animatum conuersio, à Deo est. (dicente Scriptura) Loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audierant verbū Dei: & conuersa sunt tria millia animarum in die illa. Porrit sanctus Petrus prædicare mysteria fidei, sed animarum conuersio à Deo processit. Vnde sanctus Paulus, ego plantavi, Apolo rigauit, Deus autem incrementum dedit, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

*S. Vincent.  
Ferrer.*

*Ad Galat. 3.*

Vnde patet, tam in naturalibus, quam in spiritualibus, quod dispositiones sunt à libero arbitrio, finales au-

rem effectus à solo Deo, & sicut dictum est, cum eunti-  
bus animalibus ibant & rotæ, & cum stantibus stabant,  
& cum eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ. Hoc  
totum erat, quia spiritus erat in rotis, quia vt deuotus  
Pater Galfridus notauit, quantulibet proficiant Pastro-  
res, & Prædicatores, quantulibet perscuerent, quæ sur-  
sum sunt querendo, nunquam eos populi, eorum indu-  
stria præualente, nisi spiritu attrahente, sequentur.

Totum hoc verum fateor (charissimi) sed certissimè  
fatendum est, per multum cōducere Prædicatores oport-  
tere sanctos inueniri in sua conuersatione, in sua consci-  
entia puros, in cœlestium contemplatione suspensos: vt de  
ipsis vere dicatur, nostra conuersatio in cœlis est, & co-  
gitatio eorum apud Altissimum, vt Dei amore frue-  
centi, & spiritus feruorem habentes in alios effundere va-  
leant. Quia vt Christus docet, petite, & accipietis, pul-  
sare veltris orationibus, & sanctis desiderijs portam mi-  
sericordiæ meæ, & aperietur vobis. Si vos cum sitis ma-  
li, nostis bona dare filiis vestris, quanto magis Pa-  
ter vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus. sed  
Nota spiritum bonum, spiritum sanctum, spiritum rectum,  
spiritum innouantem viscera, quo repletus Propheta di-  
cebat, docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertē-  
tur, & Apostoli sancti eo repleti cœperunt loqui, & mū-  
dum conuertere.

Dicite ad Iesum filium Iosedechi Sacerdotem mag-  
num, si bene custodieris aulam, dabo tibi, qui habitent in  
ea. Zachariæ 3. sic est, ait sanctus Chrysostomus, quod  
pro instantia prædicationis, & præmio virtutis, dat Do-  
minus Prædicatori, vt animas credentium ex mari tur-  
bulento peccati, rete Euangelico extrahat. Disponat se  
Prædicator, ieiunijs, vigilijs, orationibus, & sanctis me-  
ditationibus, vt Apostoli fecerunt, vt sic orando, & bene  
operando mereatur accipere, quod Deus omnipotens  
ante sæcula disposuit dare. Ita sanctus Gregorius.

Nota, si custodieris aulam, aula ista, vt sanctus Leo  
Papa dicit, est aula mentis, quam præcipuè Prædicator  
custodire debet, vt ab exterioribus se refrænans, & à  
corporeis cupiditatibus sapius liber, in aula mentis, di-

Nota

Ad Philip.  
3.

Luce 11.

S. Vincent.  
Ferrer.

Zachar. 3.

S. Chrysost.  
homil. 7. in  
Matth.

S. Gregor.

S. Leo Papa  
serm. 8. de iei-  
iunio.

# CAPVT NONVM.

uinæ possit vacare sapientiæ, vbi omni strepitu terrenarum silente curatû, in meditationibus sanctis, & delitijs lætetur æternis.

**Prover. 16.** Quantum valeat bonum Prædicatoris exemplum, & quantum fructum in Ecclesia Christi faciat, ostendit Salomon dicens: *Cum placuerint Domino via hominis, inimicos eius conuertet ad pacem.* Aduerte viæ hominis, id est, facta eius dicta, & cogitata. Inimicos conuertet, quia sæpè peccatores non solum ad pacem cum Prædicatoribus, sed persecutores ad veritatem fidei, & correctionem morum conuersi sunt, eorum virtutes videndo, & exempla meditando.

**Glossa.**

**Lyra.**

**Ioann. 12.**

Sed attente nota, quod Christus Dominus dixit: *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Prædicator, & Pastor fidelis, terræ hic comparatur, terra enim suo pondere subsistit, quæque sibi super posita firmitate stabili sustinet, sui fecunditate homines, & iumentata pascit. Sic Prædicator in Ecclesia Apostolicæ dignitatis pondere nititur infirmantium mores portat, dum compatitur, & fecunditatem doctrinæ cœlestis spiritualibus, & carnalibus discretionem congruam opportunus elargitur. Ab ista terra Christus exaltatur, cum de vita, & doctrina Prædicatoris Christi Ecclesia honoratur, & ad eius exemplum fideles ad Christum eleuantur. Sed heu! terra hæc ferè vbiq; inanis, & vacua, & quibusdam sic obnoluta tenebris, vt non tam terra, quam tenebrosus indicetur abyssus. Inanis in exemplis, vacua virtutibus tenebrosa caligine peccatorum, & sic Christus non bene exaltatur ab illa, nec fideles ad seipsum trahit, quia cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur, & cum Pastor per abrupta graditur grex ad præcipitium sequitur. Et sanctus Paulus clamat ex eorum culpa nomen Dei blasphemari inter gentes.

**Adam de Persenia.**

**Doctrina valde notanda.**

**S. Gregor.**

**Magnum mysterium declaratur.**

Sed quæri potest, cur Christus Dominus totius mundi victoriam vsque ad Crucem reservauit? Siquidem dixit cum exaltatus fuero omnia traham ad me ipsum, cum ex præsepio vsque ad Crucem magnificè cœpit, facere, & docere? In Cruce enim pauca, id est, septem verba locutus fuisse inuenitur, opera verò multa, & eximia sanctitatis

tis exempla ostendit, ibi exempla mirabilia charitatis, pietatis, patientiæ, obedientiæ, mansuetudinis, & mortificationis monstrauit: ibi alapis cæsus, sputis deturpatus, flagellis percussus, spinis coronatus, felle potatus, clauis confixus, lancea transfixus, spinis coronatus, sanguine perfusus, & lacrymis gemitibus spirans apparuit. Magis oculis mortalium opera miranda ostendendo, quam longa verba inculcando: & sic non solum corda hominũ penetravit, sed petras, & saxa scidit: nã ex paucis verbis, & tam multis factis, & operibus, tam fortem carenã contexit, vt omnia elementa, & cunctas creaturas ad ipsius amorem, & cognitionem traxerit, & hominum voluntates à mundi falacijs, & carnis illecebris absterterit.

S. Bernard.

Mattb. 27.

Attendant ergo Prædicatores ad opera multa sanctitatis, & exempla virtutis, vt fideles ad Christum trahãt, & conuertant, qui pro eis in Cruce pendens omnia ad seipsum traxit. Siquidem Apostolorum sunt successores, imitentur eorũ virtutes. Quia de ipsis scriptum legimus, annuntiauerunt opera Domini, id est, Incarnationem, Prædicationem, Passionem Christi, Resurrectionem eius, & Ascensionem: & facta eius intellexerunt, ea fideliter obseruãdo. Et sequitur, omnes qui videbãt eos tantis virtutibus ornatos, tantis sanctitatis exemplis fulgentes, conturbati sunt pro suis peccatis, ait Glossa, commoti sunt ad pœnitentiam sua idola relinquentes, & timuit omnis homo, abyssum scilicet diuinorum iudiciorum.

Psalm. 63.

Psalm. 97.

Glossa.

Sed quia fideles vident, Prædicatores pro maiori parte istis virtutibus vacuos, à sanctitatis exemplis alienos, prædicantes sine spiritu, & fere sine fidei mysteria: nam sagittæ eorum, quæ debebant penetrare corda inimicorum Regis, sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum propter virtutis defectum. Ideo fideles, non sunt conturbati pro suis peccatis, nec commoti ad pœnitentiam: nam nullus est, qui agat pœnitentiam de peccato suo, sua idola, luxuriæ, superbiæ, & auaritiæ relinquentes: nam ad sonitum sambucæ, fistulæ, citharæ, id est, suggestionem diaboli: spreto verò Deo, illa cadentes semper adorant, nec timor mortis, iudicij, & inferni apprehedit eos. Hæc sus-

Cassiodorus.

Jerem. 8.

Daniel. 3.

# CAPVT NONVM.

- Pfal. 68.* ficiant in hoc capite, tam acriter à me notata. Quia  
*Casiod. ibi.* zelus domus tuæ Domine comedit me, & opprobria  
*Matth. 5.* exprobandium tibi ceciderunt super me. Cadunt super  
*Pfal. 49.* nos mala, ait Casiodorus, quando non possumus vitare  
*Glossa.* illa, sed affligimur, dum compatimur. Quapropter obse-  
*S. Chrysost.* cro vox fratres, vt præ oculis cordis vestri semper ha-  
*Eccles. 24.* beatis illa verba Christi de malo, & bono Prædicatore  
*Eccles. 31.* monētis, qui docuerit sic homines, sic, id est, sine spiritu,  
*Interlin.* & feruore, sic, virtutibus vacuus, & exemplis, minimus  
vocabitur in Regno cœlorū. Sed timeo ne maximus sit,  
ait sanctus Casianus in supplicio reprobatorum. Quia  
sic enarrauit iustitias meas, id est, meas virtutes, sic su-  
perbus prædicauit meam humilitatem, sic cupidus meam  
paupertatem, sic inuidus meam puritatem, sic sæcula-  
ribus rebus occupatus mea mysteria annuntiauit, quæ  
excelsum, & purum requirunt animum. Qui autem fecerit,  
& docuerit, hic magus vocabitur in Regno cœlo-  
rum. Magnus in Regno militantis Ecclesiæ, quia mon-  
stra placauit, id est, peccatores conuertit, magnus in  
Regno triumphantis, quia qui elucidant me, vitæ æter-  
nam habebunt, id est, vitæ æternæ magna præmia possi-  
debunt. Quia fecit mirabilia in vita sua, qui potuit trans-  
gredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit;  
ideo stabilita sunt bona illius, & elemosynas illius  
(quas prædicando ad reformationem alio-  
rum fecit) enarrabit omnis Ec-  
clesia sanctorum.



## CAPVT X.

IN QVO DEMONSTRATUR,  
 quomodo multi Prædicatores, potius va-  
 nitati, & curiositati studeant, quàm  
 Dei glorie, & animarum sa-  
 luti incumbant.



Itum est de multo fructu, quem sancti Præ-  
 dicatores in Ecclesia Dei faciunt re & è tra-  
 ctantes verbum Dei. Dicendum restat de  
 illis Prædicatoribus, qui sancto Paulo te-  
 stante se ipsos prædicant, non Iesum Chri-  
 stum. Se ipsos, id est, suam scientiam iactant, suos subtiles  
 dicendi modos imprudenter ventilant. Alta, non apta, su-  
 blimia, non vtilia, buccis concrepantibus (vt sanctus Au-  
 gustinus increpat) sonantes, superfluatorum verborum am-  
 bagibus vtentes à medulla spiritus, & veræ sapientiæ ar-  
 canis prorsus alieni. Qui non Prædicatores, sed præuari-  
 catores verbi Dei sententia sanctorum Doctorum cen-  
 sentur. Et quia opposita iuxta se posita magis eluces-  
 cunt, de illis immediatè aliquid dicendum est.

2. Corint. 4.

S. Augustinus

Loquens Deus cum Propheta Hieremia sic ait: *Si se-  
 paraueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Vilis est (ait  
 sanctus Gregorius) præsens mundus, pretiosa est Deo  
 anima munda, qui ergo pretiosum à vili separat, quasi os  
 Domini est. Quia per eum Dominus verba exerit, qui ab  
 amore præsentis sæculi loquendo, quæ poterit humanã  
 animam euellit. Vel, vt ait Lyra, si separaueris pretio-  
 sum à vili, id est, animas pretioso sanguine Christi redemp-  
 tas à vilitate peccati, per suam deuorã prædicationem,  
 & doctrinam, quasi os Domini eris. Quia verbum boni  
 Prædicatoris, est verbum Redemptoris, vt scriptum est.

Hierem. cap.  
15.S. Gregor. in  
Glossa.

Lyra

# CAPVT DECIMVM.

*Glossa ordin.* Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

*1. Reg. cap. 1.* Etiam aliter declaratur. Pretiosum est verbum Dei, vt scriptum est: *Erat pretiosus sermo Domini illis diebus.* Iterum: *Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum.* Vile est omne dogma humanæ scientiæ, nihil viuū, nihil mordax, nec vitale habens, sed totum flacidum, totūque marcidum ebullit in olera, & herbas, quæ citō areseunt. Confert Christi Euangelium cum doctrinis Philosophorum, & splendore eloquentiæ, & compositione sermonum, & videbis quanto minus est, immō nullius momenti in comparatione Euangelici seminis. Qui ergo separauerit hoc pretiosum à vili, solum Christi Euangelium deuotè prædicando, non imperuasibilibus humanæ sapientiæ verbis (vt sanctus Paulus ait) sed in ostensione spiritus, & virtute, quasi os Domini vocabitur.

*S. Chrysost. doctrinā val de notabilis, & admirabilis.* Prædicatores sic dicentes, & sermones suos ornate, critico, componentes, sanctus Chrysostomus cōdemnans, sic corrigit homilia 30. in Acta Apostolorum, cap. 14. tom. 3. Dicit enim, etiam nobis accidit, flosculos verborum, harmoniam, & compositionem sectamur, vt canamus, non vt profimus: vt simus in admirationem, non vt doceamus: vt oblectemur, non vt audientes compungamus: vt plausu, & laudibus obtentis habeamus, non vt mores componamus. Credite mihi, quoniam quando interdum plausum excito, per illud tempus, humanū quiddam mihi accidit. Cur verum quis non dicat? Et distrahor, & diffundor. Vbi autem domum redeo, & intelligo plaudentes sine fructu abiisse, & si fructum percipere poterant à laudibus, & à plausu periisse: & gemo, & suspiro, & lacrymor, mihi que dico, quæ utilitas meorum sudorū? Hæc sanctus Doctor. Quæ sancti Doctoris verba (meo videri) potius intelligenda sunt ex eius humilitate aliorum Prædicatorum vitium taxantis, quàm ex sensu, quæ sonant. Sed vtinam Prædicatores huius temporis cum sacro Doctore (sita vt sonant sint intelligenda) gernerēt, & suspirarēt, & lacrymas effunderent: videntes suos labores tantorum annorū sine fructu periisse, & à plausu, & hominum laudibus euauisse.

Loquens sanctus Franciscus, immò Christus in eo de Prædicatoribus, sic ait: sint examinata, & casta eorù eloquia iuxta illud Psalmi 12. eloquia Domini casta, argentum examinatum, purgatum septuplum. Nota, purgatù ab scorijs, & spurcitijs vanæ eloquentiæ, & nouis modis loquendi (critico) quæ ars, & modus dicendi diabolo procurante, & spiritu vanitatis infligante, à multis Prædicatoribus inuentus est, vt animas peruertant, non conuertant: vt sui admirationem faciant, non vt gloriã Dei, & animarum salutem quærant. Facilitatem oris, & nitore sermonis (vt sanctus Casianus deflet) assequuti, à venis, & medullis cælestium mysteriorum longe aberrantes. *Adulterantes verbum Dei* (vt sanctus Paulus conuenitur) *non ex sinceritate sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquentes.* Nota verborù pondus, sicut à Deo acceperunt, ita Deo aspiciente tradantur. Ait Glossa.

S. Francisc.  
in Regula  
sui Ordinis.

Psalm. 12.

S. Casianus.

S. Paulus 2.  
Corint. 4.

Glossa.

Adulterantes verbum Dei, quia vt ait sanctus Gregorius, sicut adulter in coitu carnali nõ prolem, sed voluptatem quærit, ita peruersus, & vanæ gloriæ deditus Prædicator adulterari verbum Dei dicitur, quia per sacrum eloquium non Deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostentare: & non ex eo spirituales fructus, sed adulterinos fœtus humanæ laudis quærit. Ita sanctus Doctor.

S. Gregor.

De talibus Prædicatoribus loquitur Osseas Propheeta. *Seminauerunt vêtum, & turbinem collegerunt, cumulus stans non erit in eis, nec germen faciens farinam.* Nota, seminauerunt ventum, scilicet, verborum magna loquentes affluentia, & turbinem aurę popularis collegerunt modũ dicendi applaudentis, & clamantis, nunquam sic loquutus est homo: omnes mirantur, teste Augustino, nulli conuertuntur. Talis enim est fructus multorũ Prædicatorum, ventus vanæ gloriæ, & mundanę laudis flatus: quo pascuntur euanescentes in cogitationibus suis, ideo cumulus emendationis, scilicet, non est in eis, nec in auditoribus suis, nec germen faciens farinam, & difficationis animarum, & meliorationis morum, nec nullus fructus in populo ex eorum seminatione colligitur.

Ossee 8.

Gloss. ordin.  
ibi.

De sermonibus istorum Prædicatorum explicat sanctus

# CAPVT DECIMVM.

*Psalms 143.  
S. Augustin.*

Etus Augustinus illa verba Psalmi: *Filia eorum composita, circumornata, ut similitudo templi.* Filia non filij, ait sanctus Doctor, quia non habent vires constantie, & virtutis, composita, non natura pulchra, sed ornata verbis vanitatis, & curiositatis, ut filij huius seculi accipiant illas cum aplausu vano, & mendatio. Ita sanctus Doctor.

*S. Chrisost.  
hom. 30. in  
Acta Apost.*

Contra quos insurgit sanctus Chrisostomus hom. 30. in Acta Apostolorum dicens: Hoc subuertit Ecclesias, quod vos non vultis audire sermonem, qui compungere possit, sed delectari. Et tinnulo, strepitu, & compositione verborum, quasi citharedos, & cantores audientes (oyelos como Predicadores de guitarra) & ipse, scilicet, Predicadores, frigide, & misere suas affectiones sequuntur. Nota, hoc subuertit Ecclesias, non audientes Predicadores salutarem doctrinam predicantes, sed illos, qui tanquam citharedi cantant canticum musicum tinnulo, strepitu verborum prurientes auribus auditorum.

*Isaia 3.*

Contra istos loquitur etiam Isaias Propheta dicens: *Vinum tuum mixtum est aqua.* Id est, Euangelium, quod predicat, mixtum est aqua curiositatis, quae vigorem tollit, & virtutem, & animas infrigidat, magis quam inflamat. Quod si purum predicaretur, & propinquaretur, germinaret utique virgines, & cor hominis latificaret. Ad quod sic purum bibendum inuitat Sponsus dicens: *Bibite amici, & inebriamini carissimi.*

*Gloss. ordin.*

*Cantic. 5.*

Vinum tuum mixtum est aqua relaxationis a correptione debita, ait Lyra, quia Predicadores culpabiles, non habent frontem corrigendi peccatores. Item, idem Propheta dicit: *Et mandabo nubibus meis, ut non pluant super eam,* id est Ecclesiam, imbrem, id est, salutarem doctrinam. Quia multi Predicadores, & Doctores, ait Magister Lyranus, Deo permittente, & diabolo procurante magis student curiositati, quam utilitati, magis propriae glorie, quam animarum saluti.

*Isaia 57.*

*Doctrina non  
sanda.*

In eos inuehitur gentium Predicator, & Doctor Euangelicum Predicatore instructus; ait enim ad Thimotheum scribens: *Vaniloqua, & prophana de vita,* id est, curiosa, & inutilia, ait Glossa, quae in nitore sermonum mal-

*2. ad Tim.  
2.*

torum Prædicatorum apparent, quæ vana & inutilia, feruorem, & spiritum extinguunt: vt Salomon dicit: *Sit omnis enarratio tua in præceptis Altissimi.* Non in doctrinis fabularum, ait Glossa.

Eclis. 9.

In prædicatione Diui Pauli, conuersus est vniuersus orbis. Sed attende quid dicit de sua prædicatione: *Sermo meus, & prædicatio mea, non fuit in sublimitate sermonis, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtute.* Nota in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, id est, non Rethoricè, & ornate loquendo, ait Interlinealis, sed in spiritu, & virtute Dei, quia virtuose viuendo dabat Paulus exempla virtutis. Nam placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Per stultitiam, id est, per imperitos humanæ sapientiæ Prædicatores. Scriptum est enia perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo, id est, stultam ostendam scientiam humanitus inuentam, ad veritatem Euangelij comparatâ. Propter quod Christus Dominus ad Apostolatam non Philosophos vocauit, sed humanæ sapientiæ imperitos, qui verbum suum verbis sinceris, non ornatis loquutionibus prædicarent, vt profectus fidei, non humanæ sapientiæ, sed diuinæ tribueretur. Quod etiam sanctus Chrysostomus confirmat dicens: *Prædicatio Euangelij, non habet sapientiam ab hominibus inuentam, sed in virtute, & spiritu Dei debet prædicari.*

1. Cor. 2.

Interline.

Isaia 30.

S. Ambrosius

S. Chrysostomus. 6. in 1. Corint. 5. 2.

Quia verba culta, & ornate composita virtutem Euangelij minorant, vt Isaias prædixit dicens: *Ecce Dominus exercituum auferet ab Ierusalem, & Iuda omne robur panis.* Non dicit panem, sed robur panis, quia Ecclesia plures habet Prædicatores, quàm olim sinagoga Prophetas. Robur panis ait, id est, virtutem, & efficaciam dicendi, bonum exemplum, sanctam vitæ rationem, spiritum, & feruorem. Nam omnes pro maiori parte, quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi. Ab Iuda, & Hierusalem, id est, Ecclesia (vbi est veræ fidei confessio) auferet robur panis, quia aut diximus Prædicatores plus student vanitari, & curiositati inutilium verborum, quàm gloriæ Dei, & animarum saluti, hoc Deo permittente, & diabolo procurante.

Isaia 3.

Lyra.

Osce 7.

Glossa.

Item,

# CAPVT DECIMVM.

*Offic. 7.*

*Nota.*

Item, possumus dicere cum Propheta Osea, quod *alieni comederūt robur eius*, id est, Prædicatores. Alieni sunt maligni spiritus, spiritus immundi, & vanitatis, alieni à gloria Dei, & Regno cœlesti extranei, isti ergo alieni insurrexerunt aduersus eos, id est, Prædicatores, eos ad propriam gloriam & auram popularem sectandam excitantes, & eos stimulantes: isti ergo comederunt robur eius, id est, spiritum, & feruorem, quos prædicatio Euāgelica per maximè requirit.

Vel alieni, sunt affectus proprii amoris, quibus ad propriam gloriam mouentur, alieni à rectitudine Euāgelicæ veritatis prædicandæ. Isti ergo comederunt robur spiritus & feruoris. Qui ex vita laudabili oriuntur. Solum in eis relinquentes novos dicendi modos flores, & apparatus multorum verborum.

Vt ergo videant doctrinam hanc verissimam esse, velut sanctæ Scripturæ testimonijs, sacrorumque Doctorum sententijsque comprobata (vt euidentius pateat) attendant mirabilia huius rei exempla, quæ Spiritus Sanctus in sacra Pagina contemplanda nobis & imitanda reliquit.

*Iudicum 15.* De Sansone scriptum est Iudicum 15. *Quod in maxilla asini interfecit mille viros.* Maxilla asini, ait sanctus Gregorius, sunt Ecclesiæ sanctæ Prædicatores, de quibus dicitur plorans ploravit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius. Quia in aduersitate Ecclesiæ, illi amplius plangunt, qui vitam carnalem confringere prædicando nouerunt, Sanson in manu maxillam asini tenuit, & inimicos percussit: quia Redemptor noster, per simplicitatem, & patientiam prædicantium, suæ manu virtutis eos tenens carnales interfecit. Ita sanctus Gregorius, non vides quomodo per mandibulam asini, id est, simplicitatem, & sinceritatem prædicantium, plures interficiuntur, quàm per instrumenta politorum verborum, & humanæ splendorem sapientiæ?

*Lyra mystica.* Per mandibulam asini, qua Sanson Philistæos debellauit, significatum est, ait Lyranus, quod Christus in Beato Petro, per prædicationem simplicem Euāgelij Gentiles occidit, & Ecclesiæ incorporauit, Sicut ei dicitur, *sur-*

surge Petre occide, & manduca. Per aquam de mandibula mirabiliter exenntem, signata est aqua salutaris sapientie, quæ de Beati Petri ore processit, per cuius virtutem ardores peccatorum carnalium extirpavit, & in gentes fructus patientie in animis credentium produxit.

Attendamus etiam mirabile factum quod Scriptura sacra narrat de Sangar, qui occidit de Philistæis sexcentos viros vomere suo. Ecce iste (ait Stephanus Abbas) plures occidit vomere, quam Aioth gladio suo limato, & acuto, quia plus semper proficit simplex, & rudis prædicatio, quam exquisita, & polita. Et ut sanctus Ambrosius docet. Maior est ambitioso eloquentie inelatio simplex veritatis fides. In cuius testimonium, Angeli in Christi Natiuitate, non ad Phariseos, aut ad Scribas, sed ad simplices Pastores sunt loquuti. Vilis persona Pastorum (prosequitur sanctus Doctor) sapientibus ante fertur, quia quo vilior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem, non gymnasia resecta sapientum choris, sed plebæ Dominus simplicem quæruit, quæ phalerare audita, aut succare nesciret, quia simplicitas quæritur non ambitio desideratur. Hæc sanctus Ambrosius.

*Iudicium 2.  
Steph. Abb.  
S. Ambros.  
lib. 2. in cap.  
2. Luca.*

Philistæus ille, in quo mundi superbia, & vanitas figurantur, victus non fuit in armis Saul, nec eius gladio, sed in baculo David, & funda eius. Similiter mundi vanitas non est debellanda in armis Saul, id est, verbis politis, & compositis, quæ carnis prudentia, & præsumptio spiritus inuenerunt, sed in funda, & baculo David, id est, verbis simplicibus, & deuotis, quæ verus David docuit, id est, Christus Dominus. Nam referente scriptura: *David armis Saul armatis, cepit tentare, si armatus posset incedere, & dixit, non possum incedere, non enim habeo consuetudinem, & deposuit ea. Et tulit baculum suum, & fundam in manu tulit, & elegit quinque lapides limpidissimos, & sic processit aduersus Philistæum, & deiecit eum.* Nota, lapides limpidissimos, qui sunt testimonia sacre Scripturæ limpida à puluere humanæ eloquentie, & purgata septuplum ab scorijs noui modi loquendi. Sic enim iactantem feruore spiritus prosternitur Philistæus.

*1. Reg. 17.  
Gloss. ordin.  
S. Greg. ibi.*

Statua etiam illa, quam Rex Babilonis in somnis vi-

*Danielis 2.  
dit,*

# CAPVT DECIMUM.

*Ricardus.*

dit, mundi quoque vanitatem expressit. Sed contrita fuit, & in fauillam redacta, ictu lapidis sine manibus de monte excissi. Lapis, vt dictum est, testimonium dicitur noui, & veteris Testamenti excisum de montibus æternis, in quibus mirabiliter illuminat Deus, sine manibus, id est, sine industria politæ locutionis. Quia solum pondere suæ virtutis statua percussa ruit, & contrita perijt.

*Ruth. 2.*

*Ista figura exponitur allegoricè mirabiliter ad propositū argumentum, & mentē auhoris.*

Hoc totum quod dictum est, Spiritus Sanctus viuus videtur delineasse coloribus in huanii Ruth, in agro Booz post messorum spicas colligente. Iste ager sancta Scriptura est, ager plenus optimis sententijs, & sensibus tanquam bonis fructibus: ager, cui benedixit Dominus. Booz, qui virtus, vel fortitudo interpretatur, Christum significat, qui virtus, & fortitudo à sancto Paulo prædicatur, portans omnia verbo virtutis suæ. Messorum sunt Doctores, & Prædicatores, magnos manipulos verborum applaudētium colligentes: Ruth signat Prædicatorem humilem, & deuotum in spiritu, & feruore Dei verbum loquentem: spicas in hoc agro colligit, id est, sententias meliores, & vtiliores, ad manipulos suorum sermonum componendos: vt suo, & verbo, & exemplo, alios informet. De tali Prædicatore sanctus Franciscus exponebat illud: *Scarilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.* Quia Prædicator spiritualis, à tinnulo verborum sonitu alienus multos parit in Ecclesia filios, & ille qui nitorem multorum verborum ostentat, & multos videbatur genuisse filios infirmatus est verbis fortis, spiritu facidus, in fructu suæ prædicationis. Quia vt dictum est seminavit ventum, & turbinem collegit. Talis ergo Prædicator humilis, & deuotus, vt altera Ruth maiorem gratiam apud Booz inuenit, quam Prædicatores verbosi rosas flores, id est, curiositatum colligentes: quia facta est vxor eius, & ex ea genuit Obet, id est, obediens filios, & mandatis eius obtemperantes (vt sanctus Chrysostomus exponit.) Etiam inuenit hordei quasi Ephimensuram, id est, tres modios. Per quos significatur sanctitas meditationis, veritas prædicationis, & sinceritas bonæ operationis: Illis enim pascit tanquam altera Ruth, socrum suam Noemi, id est, animam affli-

*S. Chrysost. homil. 1. in Matth. 10. 2.*

*ctam,*

Etiam, & merentem inter tanta huius vite pericula, etiam meretur intrare ad sarcinas, & bibere de aquis, de quibus pueri Booz, id est, Angeli, & sancti bibunt, quia meretur introduci in cella vinaria, id est, diuina mysteria, vbi inebriatur vino celestium delectationum.

Ecce fratres, quam vberimus sit fructus Prædicatoris Evangelici humilis, & deuoti, & ab inutilium verborum superfluitate alieni.

Nota attentè, quod Booz iussit messoribus, quod de manipulis suis, ex industria proijcerent spicas, vt Ruth colligeret. Quia Dominus voluit, vt sancti Doctores de manipulis, id est, sententijs aliquas consultè relinquerent, vt humilis Ruth postea colligeret. Multa vidit sanctus Augustinus, quæ non exposuit, vt sollicitudo nostra exerceretur. Reprehensibilis est valde Prædicator, qui sententijs viles ad morum correctionem non trahit in suis sermonibus, quia in messoribus, id est, Doctoribus scriptas non inuenit. Hæc notauit Stephanus Abbas aliquorum Prædicatorum licentiam damnans, qui dedignantur dicere, quod in sacris Doctoribus positum non inueniunt.

Spiritus Sanctus in triplici specie visibiliter apparuit. In Iordane, in specie columbæ, in Thaboris vertice in specie nubes, in Cœnaculo in specie ignis. Cuius arcana Guillelmus eleganter, & deuotè sic exponit. Quia Spiritus Sanctus alijs datur in munus, alijs in munus, & in vsum muneris, alijs in vsum muneris. Primi sunt in Ecclesia imperfecti, alij sunt sancti & deuoti Prædicatores, alij tertij sunt vani, & curiosi Prædicatorum. Primi columbina simplicitate gemunt sibi, sua peccata deplorantes. Secundi sunt Prædicatorum sancti, qui pariter incendunt, & ardent, sanctorum desideriorum stimulis: in se nutriendos amoris incendia, & eloquijs Dominicis alios inflammantes. Quia sicut ignis nutritur in humidis & calidis, vt in cera, oleo, & sepo, in humidis, & frigidis extinguitur, vt in aqua, vino, & aceto, ita ignis Spiritus Sancti nutritur, & ardet in exercitijs spiritualibus, & sanctis meditationibus. In operibus verò carnalibus extinguitur. A quibus sanctus Apostolus nos oportere ad-

*Steph. Abb.*

*Luc. 3.*

*Matth. 17.*

*Actorum 2.*

*Guillelmus  
Parisiensis.*

## CAPVT DECIMVM.

monet abstinere, dicens, spiritum nolite extinguere. Terrij sunt vani, & mali Prædicatores, qui more nubium cõpluunt multos, in se autẽ aridi rapiuntur in aera: in magnis, & mirabilibus super se ambulantes, & dissipantur à vétis vanitatis, scilicèt, & curiositatis. Ita deuotus Doctor.

*S. Chriſtoſt.  
homil. 20. in  
Matth. ope.  
imperf. ele-  
gant.*

De istis nubibus loquitur sanctus Chriſtoſtomus dicens: Sunt nubes, quæ à Spiritu Sancto excitantur, & sunt nubes, quæ mouentur à spiritu potestatis aeris. Sicut ait Propheta, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Nubes, quæ à Spiritu Sancto excitantur, candidam aquam baiulant, id est, veram, deuotam, & salutarem doctrinã. Quæ ab spiritu potestatis aeris, id est, à spiritu vanitatis, & curiositatis, inutilem, & falsam doctrinam. Quæ nõ illuminant, nec inflammant mentes eorum, qui suscipiunt eam. Venti autem sunt spiritus immundi, vanitatis, & curiositatis, qui intra præcordia eorum perflant. Hæc Doctor sanctus. Quæ verba licet omnia sint mirabilia, & notari dignissima. Nota tamen tenebrosa aqua in nubibus aeris, benè tenebrosa, quia non ex pura conscientia, nec laudabili, & sancta conuersatione dimanat, nec intentione pura, gloriam Dei, & animarum conuersionem quærentes, sed suorum sermonum admirationem facientes, à spiritu huius mundi commoti.

*Iudas Apo-  
ſtolus in sua  
epist. cap. 1.*

De quibus Iudas Apostolus loquitur dicens, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur. Nubes sine aqua salutaris doctrinæ, ait Glossa, quæ à ventis vanitatis circumferuntur, de loco in locum, de ciuitate in ciuitatem, & de Regno in populum alterum. Quæ nec tonant, terroribus mortis, iudicij, & inferni, nec corruscant sanctorum operum exemplis, nec pluunt doctrinam salutarem, & vtilem.

*Gloss. obi.  
Psalm. 92.*

*S. Chriſtoſt.  
homil. 20. in  
Matth. ope.  
imp. tom. 2.*

De talibus Prædicatoribus intelligit etiam sanctus Chriſtoſtomus illa verba David. Eleuauerunt flumina fluctus suos. Sunt flumina ex parte mala homines immundo spiritu pleni, & verborum proflui, quales sunt Philoſophi, & Rethores cæterique sapientes non secundum Deũ (in quorum numero inueniuntur etiam Prædicatores verbosi) de quorum ventre exeunt lumina aquæ mortuæ.

Ex parte bona sunt Euangelistæ, Doctores, & Prædicatores, cæterique sapientes secundum Deum: de quorum ventre exeunt flumina aquæ viuæ, quæ hauritur in gaudio de fontibus Saluatoris, cum qua Ecclesia florescit, & fructificat.

Non vt confundã vos hæc scribo, sed vt fratres meos charissimos moneo. *Vt attendatis vobis, Gregi, in quo vos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, quam adquisiuit sanguine suo.* Regere (inquam) per vestram sanctam conuersionem, & simplicem, deuotam, & feruidã prædicationem. Omnino à nitore verborum expertem. Quia huiusmodi prædicatio (vt sanctus Chrysostomus docet Ecclesiam lætificat, dæmones terret, & cælum replet animabus sanctis.) Et vt finem huic capiti imponamus, attente notare debemus vtilissimam, & selectissimam sancti Chrysostomi doctrinam, ait enim, omne verbum, quod non habet in se veritatem mortuum est, quemadmodum sine sanguine corpus. Propterea omnia verba diuina, quamuis rustica sint, & incomposita viua sunt, quoniam intus in sensibus suis, habent veritatem Dei positam, quasi sanguinem in venis inclusum, ideo viuificant audientem. Petro attestante, quo ibimus? quia verba vitæ habes? omnia verba sæcularia, quoniam non habent virtutem Dei in se, quamuis sint composita, & ingeniosa, mortua sunt. Quoniam in venis sensuum suorum non habent virtutem Dei, propterea, nec audientem saluant. Hæc Doctor sanctus. Hoc etiam tanquam maximè necessarium in prædicatione Euangelica, ingenue docet sanctus Ciprianus dicens, cum de Domino Deo vox est, vocis pura sinceritas, non eloquentiæ viribus nititur ad fidei mysteria, sed rebus. Accipe non diserta, sed fortia, nec ad audientiæ sæcularis illecebram culto sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiam prædicandam, rudi veritate simplicia. Hæc fratres sufficiant pro hoc capite.

1. Corint. 4.

Actorum 20

S. Chrysost.

Verba valde notanda S. Chrysostomi hom. 43. in Matth. ope. imp. tom. 2.

S. Ciprianus in epistol. à Donatum.

# CAPVT VNDECIMVM.

## CAPVT XI.

IN QVO AGITVR DE MY-  
sterijs, quæ præcipuè Prædicatores de-  
bent prædicare in sermonibus suis.



**A**N T A Est peccati malitia, tam altaque  
radices in cordibus peccatorum iniecit, vt  
homines æternorum, & premiorum, & sup-  
pliciorum obliti, Dei misericordia semper  
abutantur. Quæ vel maximè ad eius amorè,  
eius beneficia magna recolenda attrahere debebat. Ideo  
illa mysteria debent iugiter prædicari, quæ in cordibus  
eorum maiorem timorem, & tremorem incutiant. Vt-  
pote timor mortis, tremor iudicij, & gehennæ horror.  
Ergo in omnib<sup>9</sup> operibus tuis memorare nouissima tua,  
& in æternum non peccabis. Mortis terrorem (ait fan-  
ctus Bernardus) iudicij valde tremendum examen, ar-  
dentis gehennæ metum, ab oculis cordis tui elõgari nõ  
patiatis, & in æternũ nõ peccabis. Quid horribilius mor-  
te? ait idẽ sanctus Doctor, quid iudicio horribilius? quid  
gehenna potest intolerabilius cogitari. Quid ultra me-  
tuet? qui ad hæc securus est? quis peccaret audebit, quẽ  
ista certissimè maneat? quis illum offendere, in cuius ma-  
nus incidere (Apostolo clamãte) horribile est. Hæc enim  
mysteria Dñs Iesus Apostolis prædicare iussit. Vt Apo-  
stolorum Princeps, de se, & alijs dicit: *Præcepit nobis  
Iesus prædicare, & testificari, quia ipse est, qui constitutus  
est iudex viuorum, & mortuorum.* Vbi Glossa ait, non  
solum prædicare, sed testificari, id est, adiurare tanquam  
rem ad omnium salutem maximè necessariam.

*S. Bernard.*

*A. Horn. 10.*

*Lyra ibi.*

*S. Gregor.*

Hoc mysterium aprinè cognoscens sanctus Grego-  
rius, sic ait, homil. 20. in Euangelia. Ille in sancta Eccle-  
sia doctus Prædicator existit, qui & noua scit proferre:  
da.

# CAPVT VNDECIMUM. 55

de suauitate Regni, & verusta de terrore supplicij. Vt pœna terreat, quos præmia non inuitant. Audiat vnusquisque de Regno, quod amat, audiat de supplicio quod metuat: tunc enim est prudens Prædicator, & seruus fidelis, qui profert de thesauro memoriæ noua, & vetera, id est, premia æterna, & supplicia interminanda.

*Hom. 10. in  
Euang.*

Vel, vt Hugo de sancto Victore ait, noua, id est, cōsolationes, & vetera increpationes. Pusillanimes prius cōsolatione fouendi sunt, vt surgant; postea terrore confirmandi sunt, ne cadant. Contumaces, & duri prius increpandi sunt, vt timeant; postea consolandi sunt, ne desperent. Hoc enim Prædicatores facere debent, impleantes illud Psalmi: *Gloriam Regni tui dicent, & potentiam tuam pronuntiabunt.*

*Hugo de Sã-  
cto Victore.*

Prædicator attendat illud Isaïæ, tanquam sibi dictum: *Misit me Dominus, vt predicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo vestro.* Vtrumque est prædicandum, & premium æternum iustis præparatum, & supplicium interminandum peccatoribus intelligendum.

*Isaïa 61.*

*Glossa.*

Hoc ipsum faciendū docet Beatissimus Paulus Prædicatorem Euangelicum instruens, cum dicit: *Testificor coram Deo, & Christo Iesu.* Qui sunt testes huius adiurationis, ait Glossa: *Qui indicaturus est viuos, & mortuos, id est, bonos, & malos, per aduentum eius, & Regnum ipsius, prædica verbum, in sta opportune, importune, argue, increpa.* Argue, peccantes ex ingorantia (ait Interlinealis) oblecta, peccantes ex infirmitate. Vt abstineant à peccatis, per reuerentiam Dominicæ Passionis (ait Lyra) increpa verbis duris, mortis, iudicij, & inferni ex malitia peccantes. In omni paciētia, ne videaris tua querere quasi offensus. In omni doctrina doctē prædicando Euangelium, non Virgilium assumendo authoritates sanctæ Scripturæ mortis, & iudicij, terrendo peccatores, vt vel sic resipiscant à laqueis diaboli, quibus tenentur captiui ad eius voluntatem. Quia sic prædicando à voce tonitruui tui formidabunt. Et in verbis tuis monstra placabis, & in spiritu oris tui interficies impium. Quia Dominus Israel dabit voci tuæ vocem virtutis.

*S. Paulus 2.  
ad Thim. 4.*

*Gloss. ordin.  
Lyra.*

*Psalm. 103.*

*Eccles. 45.*

*Isaïa 11.*

*Psalm. 67.*

Quando lex antiqua divulgabatur (referente Scrip-

# CAPVT VNDECIMVM.

tura) totus mons Sinai fumigabat, quia vt Stephanus notauit, tam maiores, quam minores in Ecclesia, pertrescente buccina prædicationis, debent emittere fumum compunctionis.

*Apo. 15. &  
16.*

Hoc ipsum docet dilectus à Domino Ioannes dicens: *Vidi septem Angelos, habentes citharas in manibus suis, cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum agni. Et finita musica: Acceperunt septem phialas plenas iracundia Dei uiuentis, & effuderunt super terram.* Nota mirabilia in ista autoritate. In septem Angelis, vniuersi Prædicatores intelliguntur (ait Interlinealis) qui vestiti la-

*Interlinea-  
lis allegoricè.*

pide mudo, & candido, & præcincti circa pectora, zonis aureis à Spiritu Sancto describuntur: quia virtutibus ornatos, à vicijis puros, & maculis candidos cinctorio charitatis refulgentes, in templo Dei, tanquam Angelos ab eo missos se debent ostendere. Qui sanctæ Scripturæ citharam apertè percutere debent, cantantes canticum Moysi, & agni, id est, noui, & veteris Testamenti mysteria, quia ex utroque cantico musica Prædicatoris debet componi. Percutiât ergo eloquentia diuina, & deuotione spirituali tanquam spirituales citharedij, psalterium decem cordarum, fidelium corda dulciter ad cœlestia suspendendo, sed sæpè sæpius, arripiant phialas iracundia Dei, id est, comminationes mortis, & iudicij, & væ

*Glossa.*

*Psal. 47. &  
63.*

æternæ damnationis, & effundant super terram, id est, homines, terrenas delectationes amantes, vt ipsi videntes sua peccata admirati maneant, conturbati, & commoti, & timor apprehendat eos. Admirati de patientia Dei, tot annos ad pœnitentiam eos expectando, conturbati pro suis peccatis, commoti ad idola sua relinquenda, id est, superbiam, vanitatem, auaritiam, & luxuriam, quas quasi sua idola spreto verò Deo adorant, & timor tormentorum infernalium apprehendat eos (porque es tal

*Glossa ibi.*

el natural de nuestros coraçones, que con las aguas de la diuina misericordia, se agolstan, y quedan bañados en prefuncion, y toman licencia de pecar: y con los turbiones, y tempestades del furor, y ira de Dios, reuerdecē, y medran) dimittant ergo Prædicatores instrumenta suauia, id est, discursus subtiles, & vanæ eloquentiæ flores, & ar-

# CAPVT VNDECIMUM. 56

ripiant argumēta mortis, iudicij, & inferni: nā scriptū est. Misit sagittas suas, & dissipauit eos, & fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Sagittas diuinæ iustitiæ, & damnationis æternæ debent multiplicare Prædicatores ad conturbandos, & conuertendos peccatores.

*Psal. 17.*

*Totus mundus in maligno possisus est.* Ait sanctus Ioānes. In maligno, id est, in malo igne, luxuriæ, auaritiæ, & superbiæ. Tam ardentes flammæ istorum vitiorum, & aliorum multorum peccatorum, iam exarserunt ad mundum inflammandum, quales in Sodoma, & finitimis ciuitatibus olim apparuerunt.

*1. Ioan. c. 4.*

*Genes. 19.*

(Y piensan los Predicadores apagarlas con redomillas de olor, y buxetas de algalia, destiladas con ingenio de las flores de sus escusados discursos. Estā las cosas tan apostemadas, y canceradas oy dia, que con menos q̄ con nabaxas de ira de Dios, y cauterios de fuego eterno, no ay tratar de su remedio.)

*Væ mihi*, ait sanctus Paulus, *si non Euangelizauero.* *Væ mihi*, ait Origenes, si non prædicauero illa mysteria, quæ magis ad Dei honorem, & animarum conuersionem conducunt, ad reducidos peccatores de abyssis terræ, extrahendos de lacu miseræ, & de luto fœcis suorū, scilicet, peccatorum. Quam terribile *væ* æternæ damnationis illis Prædicatoribus manet, qui vt iam ex sancto Paulo dictum est seipso prædicant, non Iesum Christū. Prædicant seipso, vt sapientiores, & famosiores Prædicatores appareant, subtilia, non vtilia, alta non apta differētes. Mysteria illa, quæ magis ad terrendos peccatores, & à vicijs auellendos cōducunt, tacentes, & omitentes, quasi de illis loqui erubescētes.

*1. Cor. 9.*

*Origenes ita explicat.*

*S. Vinc. Ferr.*

Ezechieli datus est liber totus comedendus, in quo erant scripta, carmina, lamentationes, & *væ*. Multi sunt Prædicatores (ait sanctus Gregorius hom. 9. in Ezechielem) qui comedunt huius libri carmina, id est, dulces discursus, & subtiles modos dicendi, & prædicare dedignantur lamentationes mortis, & iudicij, & *væ* æternæ condemnationis. Totus liber est comedendus, & prædicandus, & mysteria nouissimorum frequenter sunt declaranda. Quia ex illorum prædicatione infinita bona in cordibus peccatorum nascuntur.

*Ezech. 2.*

*S. Gregor.*

*Præ-*



# CAPVT VNDECIMVM. 57

*imo vitiorum iacetis, ait Interlinealis, flete, & ululate, Dent. 32. qui bibitis vinum indulcedine, id est, dulcedinem peccatorum carnalium. De quo vino dicitur, fel draconum, id est, demonum, vinum eorum, id est, peccatorum, & venenum aspidum insanabile. Quia vt Glossa notauit, omnis perturbatio animæ ebrietas est, quæ concipitur de vino draconum, & de veneno aspidum, quæ sicut vinum euegit sensum, sic ista perturbat animum.*

*In gutture tuo sit tuba. Dixit Dominus Osee, & Prædicatoribus Ecclesiæ intimatur, quia in spiritu vehementi increpandi sunt temerarij, ait sanctus Bernardus, in gutture Prædicatoris sit tuba, quia sicut in nduissima tuba resurgent mortui de sepulchris, ita in tuba prædicationis Euangelicæ resurgunt peccatores à suis peccatis. Muri Ierico clangore tubarum corruerunt. Ierico ciuitas munita mundum significat, triplici muro munitum, id est, superbia, auaritia, & luxuria. De quo Ioannes dicit: *Omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Isti muri corruunt clangoribus tubarum, id est, prædicantiũ terroribus, quibus corda mortalium conturbantur, quia scriptum est de Apostolis, annuntiauerunt opera Dei, id est, Incarnationem, Passionem, Mortem, & Aduentum eius ad iudicium: & quia quasi tuba exaltauerunt vocem suam, subditur turbati sunt pro suis peccatis, cõmoti sunt ad pœnitentiã, timor mortis, & iudicij apprehedit eos, ita vt idõla suæ vanitatis, & superbiæ relinquerent. Ecce quomodo mundi vanitas, & arrogantia corruunt, per sonante tuba Euangelicæ prædicationis.*

Osee 3.  
S. Bernardus  
Iosue 6.  
Glossa:  
1. Ioan. 2. 17.

Psal. 47.  
Glossa:

*De throno procedebant voces, fulgura, & tonitrua, ait sanctus Ioannes. Thronus iste Prædicator debet esse, quia si anima iusti sedes est sapientiæ, eminentius, Christus, qui sapientia est Patris, in corde Prædicatoris sedere debet. Vel thronus est ambo (el pulpito) thronus quidem, & Regale solium, excelsius, & sublimius Regũ terræ sedibus, & thronis, solium quidẽm Apostolicæ dignitati annexũ. De quolibet istorũ thronorum debent procedere voces exhortationis bonos cõmouendo ad bona sectanda, ne incurriculo virtutum lassati deficient. Toni-*

Apocalip. 4.  
Iacob. de Vo-  
ragine,

# CAPVT VNDECIMVM.

trua nouissimorum ad conturbandos peccatores, fulgura sanctorum exemplorum ad omnes commouendo.

*Exemplum  
mirabile.*

Bombyx, cum tonant nubes, cessat ab opere suo, similiter peccatores, qui texuerunt quasi aranearum telas suas ad capiendas muscas, id est, dignitates, & officia huius vitæ (quæ sicut muscæ cito volant, & citius euanescent) cum nubes Euangelicæ, id est, Prædicatores tonant mortem, iudicium, & infernum annuntiantes, peccatores cessant ab operibus mortuis. Sed nota attente, quod cum nubes tonant, & bombyx cessat ab opere suo, solent homines strepitum facere (consonaxas, ô tamboril) vt sic opus suum prosequatur; hæc enim est dæmonis ars, cum

*Daniel. 3.*

sciat peccatores tonitruis mortis, iudicij, & inferni terri, & à peccatis suis cessare, tunc diuersos sonos sambucæ, citharæ, symphonix solet excitare, vt sic peccatores

*Ricard. ibi.*

procidentes, statuas suarum affectionum adorent, & suorum peccatorum telas ordiantur, quia ad aures superbi vanis honoribus sonitum facit, ad aures auari, auri, & argenti falsis promissionibus, ad cor luxuriosi carnalibus delectationibus, quibus alij ciuntur vnusquisque ad idolum suum adorandum. Sed tunc peccatores debent Christum audire monentem: *Esote prudentes sicut serpentes, aures suas obturantes, ne audiant vocem incantatoris.* Id est,

*Matth. 10.*

dæmonis suggestionem ad cordis ianuam pulsaatem, vt consentientes idolum adorent. Hoc ipsum Ulfem fecisse fabulæ tradunt, ne Syrenarum cantus audiret. Hoc nobis faciendum est in mari periculoso huius mundi: ne cantus Syrenarum, id est, suggestiones dæmonum audiamus. De quibus sanctus Isaias Propheta ait, *Syrena in delubris voluptatis*, vbi Glossa ex mente sancti Hieronymi sic ait: Nos ad patriam festinantes, mortiferos Syrenarum cantus debemus aure surda transire.

*Isaie 13.*

*S. Hieron.*

*Exemplum  
notari dignissimum.*

Solent serpentes in cauernis terræ commorantes aures ambas obturare, vnâ dig terra, alteram cauda, vt non audiant (vt diximus vocem incantatoris, & sic non exiliunt ex antris. Sed nubibus tonantibus, & terribilem fragorem facientibus, vt Philolophi tradunt & experientia docet, tunc ex latebris exeunt, & venenum dimittunt. Ratio huius est, quia serpentes sunt exilis, & tenuissimi.

CAPVT VNDECIMVM. 58

cerebri, & sonitu, & fragore nubium concutiuntur, & terrentur, & exire cōpelluntur. Similiter obstinati peccatores aures cordis obturant, iam terra carnalium affectionum, iam falsa spe finalis pœnitentię, & sic non audiunt voces prædicantium in fœcibus suorum peccatorum, tanquam iniquus Moab requiescentes, sed sancti, & deuoti Prædicatores debent vehementer eos iudicij, & mortis tonitruis terrere, illa sæpius iterando dantes voci suæ vocem virtutis, quia cum peccatores sint semper timidi, semper suspecti, & fugiant nemine persequente, vt scriptum est: *Fugit impius nemine persequente.* Cōpelluntur exire de lacu miserię, & de luto fœcis, & venenarum suorum peccatorum relinquere, secundum illud Psalmi 73. *Contribulasti capita draconum in aquis.* Contribulasti terroribus mortis, & tonitruis iudicij capita draconum, id est, peccatorum in aquis deliciarum viuentium.

S. August.

Hierem. 7.

Proverb. 28

Psalm. 73.

*Magnificencia eius, & virtus eius in nubibus*, ait Dauid Psalm. 67. loquens de nubibus materialibus, quæ ex vaporibus terræ eleuantur in aera, & ibi condensatæ horribiliter tonāt, mirabiliter fulgurāt, & fulmina terribiliter emittere videntur, quæ homines videntes contremiscunt, & audientes horrescunt, & ad Ecclesias confugiunt contriti, sua solent peccata confiteri. Ideo dicit Dauid, quod magnificencia Dei, & virtus eius nubibus demonstratur. Sed excellentius, & mirabilius de nubibus spiritualibus, id est, de Apostolis virisque Apostolicis verificatur. De quibus Isaias dicit: *Qui sunt isti, qui vt nubes volāt, & sicut columbæ ad fenestras suas?* Et Dauid iterum: *Educens nubes ab extremis terræ.* De quibus de terra ad cælum Ecclesiæ eleuatis, processerunt magnifice pluuiæ, Euangelicæ doctrinæ, tonitrus diuinorum iudiciorum, & fulmina de igne deuorante, & de ardoribus sempiternis, & fulgura corruscantia miraculorum, & sanctorum operum. Quæ nubes, quia sic apparuerunt, sic pluentes, sic tonantes, sic corruscantes, sic fulminantes mundi peccatores à voce tonitruorum suorum formidantes de abyssi terræ ad Dei fidem reducti sunt sua idōla dimittentes, & verum Deum adorantes; sed proh do-

Psalm. 67.

Gloss. ordin.

Psalm. 134.

Isaie 33.

Doctrina valde notanda.

# CAPVT VNDECIMVM.

lor! de Prædicatoribus multis huius temporis, de quibus sanctus Chrysostomus intelligit illud Psalmi, tenebrosa aqua in nubibus aeris, vt supra dictum est, non que dicta sunt verificantur. Quia licet sint nubes in cælo Ecclesiæ eleuatae, nec pluunt aquam salutaris doctrinæ, nec in suis sermonibus terribiliter peccatores mouendo, nec corruscant exemplis bonorum operum, semper apparentes nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, vt sanctus Apostolus Iudas de illis Euangelizauit, vt supra explicatum inuenietur.

Cap. præcedenti.

Psalm. 28.

Glossa.

S. Hieron.

Psalm. 103.

Exod. 20.

Glossa.

Deut. 32.

Ad Hebr. 10.

Hierem. 33.

Exemplum.

Cerua est durissimi partus, & nubibus tonantibus, parere solet, vt David dixit: *Vox Domini preparantis ceruas*, id est, parturire facientis, ait Glossa, vel, vt sanctus Hieronymus ex Hebræo vertit, *vox Domini obstetricans ceruas*. Similiter peccatores obstinati & duri, nolunt parere fructum boni operis, nisi audiant horribilia mortis, & iudicij tonitrua: nam scriptum est à voce tonitruus formidabunt.

Item obstetrices Ægyptiæ Pharaoni dicebant, sine earum industria filias Israel parere, non sic Ægyptiæ. Quia animæ deuotæ, & sanctæ, sine timore mortis, & inferni opera bona faciunt, non sic Ægyptiæ, id est, animæ peccatorum culpæ nigredine offuscatae, & longæ consuetudinis mole obduratae pariunt spiritum salutis, nisi à timore Domini concipiant. Hoc enim fit tonantibus Prædicatoribus mysteria nouissimorum. Sic Moyses faciebat, dicens: *Vtinam saperent, ac intelligerent, ac nouissima prouiderent*. Sic Paulus tonat, dicens: *Terribilis est expectatio iudicij*. Sic omnes Prophetæ multoties conculcabant nouissimorum mysteria iterantes, vt peccatores ad pœnitentiam prouocarent.

De multorum Prædicatorum sermonibus videtur Propheta Hieremias loqui dicens: *Factum est verbum Domini quasi citharam musicum*. Quod dupliciter potest intelligi, primo de auditoribus, qui solent audire cantores aliquam historiam antiquam cæcantes, & de lecto, vbi iacent, resurgunt dulcedine musicæ attracti, vt attôtê audiant suspensi, sed finita musica statim ad lectum redeunt. Sic euenit multis peccatoribus, qui vadunt audire musi-

# CAPVT VNDECIMVM. 59

eam spiritualium citharedorum, citharizantium in citharis suis, & audientes diuina mysteria, pro tunc suspensum tenentur verbi diuini dulcedine: sed finita musica ad suas voluptates statim redeunt. Hoc Hieremię in sinagoga contingebat, & in Ecclesia sapissimę contingere videmus.

Sed aliter ad nostrum propositum explicari solet, quia aliqui Prædicatores verbum Domini quali carmen musicum componunt, subtilia, non vtilia, alta, non apta, dicentes timulo verborum strepitu, vt de sancto Chrysostomo dictum est, auditores suspendentes, sui admirationem facientes, nullum ad contritionem commouentes, nec ad poenitentiam pronocantes, suorum sermonum flores ostentantes, qui a viris pijs (*Predicadores de guitarrilla*) iuste nominantur. Quia cum mundus tantis sit plenus peccatis (nam furtum, homicidium, adulterium, & mendacium inundauerunt super terram) ipsi in colligendis floribus curiositatis vanę occupantur: quibus Hieremias Propheta exprobare videtur, illis verbis: *Date flores Moab, quia florens egredietur.* Minatur Propheta, quod ab Assyrijs, & Chaldæis Moabitę erant destruendi. Et cum Ducibus eorum loquens dicit, date flores Moab. Quod Ironice est intelligendum, secundum sancti Hieronymi interpretationem: quasi diceret, sic, sic, date flores Moab, nunc erat tempus offerendi flores? quando Chaldæi totam dissipant terram? quando ciuitates vastantur, & arua flammis exuruntur? Quis non videat hoc ipsum Ecclesię sanctę contingere, vbique bella grassantur, persecutores Ecclesię feruent, immaculati agni sponfam hæretici inuadunt. Et quod magis dolendum est, inter ipsos fideles (Chaldæis, id est, dæmonibus excitatis) grauissima scelera passim committuntur. Et verbi Dei Prædicatores flores, & curiositates colligentes in tantis occurrentibus malis, illas ex ambone offerunt: nonne hoc ridiculum est, & lacrymis sanguineis deplorandum?

Si tempore belli, quando inimici ciuitatem instrumentis bellicis prosternere curant, tunc temporis duces, qui eam defendere debent, ex muris flores proijcerent, nonne hoc infania maxima esset? tota Ecclesiã tot malis afflictã, tot

S. Chrysost.

Osce 4.

Hierem. c. 48.

S. Hieroni. sic interpretatur.

Exemplum

# CAPVT VNDECIMVM.

*Doctrina  
mirabilis.*

peccatis plena, vt à planta pedis vsque ad verticem capitis non appareat in ea sanitas, & Chaldæi, id est, dæmones tot globos diuersarum tentationum ad nos destruendos immittere non cessant: & Prædicatores, qui duces, & defensores sanctæ Ecclesiæ in libris sanctis nominantur, ex muris, id est, de los pulpitos, sermonuū suorum floribus, tantis malis occurrere cogitant? magnam prædicandi verbositatem, & subtiles dicendi modos tentantes? maximus error est, & multorum causa malorum.

*S. Bernard.  
Nota.*

Ergo quasi tuba ex alta vocem tuam, quia sic spirita tonando dæmones contremiscunt, peccatores conuertuntur, in peccatis mortui resurgunt, cœli rident, Angeli letantur, iusti exultant, infernus ululat, & contremiscit. Tam mirabiles effectus causat Euangelica tuba in ore Prædicatoris deuoti resonans.

*Apocalip. 14*

Et vt quod dictum est euidentius appareat, attente nota, virtutem Euangelicæ tubæ, quando Prædicatores in cœlo Ecclesiæ debite tonant, refert sanctus Ioannes se vidisse Angelum volantem per medium cœli, habentem in manibus Euangelium æternum, vt Euangelizaret sedētibus super terram: & dixit, timete Deum, & date illi honorem, quia appropinquat hora iudicij eius. Et cum hæc dixisset: Ecce alius Angelus, qui sequebatur eum dixit, cœcidit, cœcidit Babylon magna. Res quidem valde mirabilis, quis potuit superbam illam, & opulentam ciuitatem, tot muris circumdatam, tot turribus munitam, tantis ædificijs constantem, solo prosternere, & adæquare?

*Gloss.*

Nota mirabilia in hac autoritate. Angelus erat, qui per cœlum volabat, & habebat Euāgelium æternum in manibus, & quod præcipuè notādum est, sui sermonis thema, quod assumpsit, scilicet, timete Deum, quia appropinquat hora iudicij eius. Timete eum, qui postquam corpus occiderit, potestatem habet animam mittere in gehennam. Timete eum, in cuius manus incidere horribile est. Et si in te iniquitas, eo examinante, inuenta fuerit tolendus es, ne videas gloriam Dei, & dicet tormentibus, mittite eum in tenebras exteriores, vbi laborabit in æternum, & quod grauius est, vsque in æternum nō videbit lumen, id est gloriam sanctorum.

*Matth. 10.*

*S. Bernard.*

# CAPVT VNDECIMUM. 60

Hoc enim fuit thema quod Angelus prædicauit, non aliud subtile de prædestinatione, aut alia materia difficili, sic superbam Babilonem postrauit. Esto tu (o Prædicator) alter Angelus in puritate, & sancta conuersatione, vola per medium cœlum duabus alis meditationis, & cōtemplationis ascendens vsque ad cœlos, & descendens vsque ad abyssos: ascēdens vsque ad cœlos, cœlestes coronas iustis præparatas cōtēplādo, descēdens vsque ad abyssos pœnas æternas peccatoribus destinatas meditando. Tene Euangeliū in manib⁹ opere adimplēdo, quod sermonibus doces, assume simile thema de morte, iudicio, & inferno, omittēdo curiositates, & subtiles dicendi modos, & vanitas mundi, & eius superbia corruent, & solo adæquabuntur. Tam efficax est verbū Dei, ita prædicatum, & tam mirabiles effectus in cordibus fidelium peccatorum operatur.

Hanc doctrinam tam salutiferam, & necessariam, docet Spiritus Sanctus per os David dicens: *Generatio, & generatio (Prædicatorum ait Interlinealis) laudabit opera tua, id est, Creationis, Passionis, & Resurrectionis. Potentiam tuam pronuntiabunt, magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur, & mirabilia tua narrabunt, gloriam Regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentie Regni tui prædicabunt.* Id est, præmium bonorum, & supplitium malorum, potentiam in puniendis malis, & magnificentiam in glorificandis iustis. Nota quomodo eadem verba toties à Spiritu Sancto dictata repetuntur. Fortasse alicui superfluum videbitur illa iterari? Sed absit, si quidem iota vnum, aut vnus apex in eloquio Domini superabundare, sacrilegium est dicere. Toties ergo iterantur, vt intelligas quàm necessaria, & utilis sit in Ecclesia Christi eorum prædicatio. Ideo Spiritus Sanctus toties repetita dictauit, vt Euangelici Prædicatores in suis sermonibus sæpè iterari, & repetere doceantur. Quia istum ordinem sancti Doctores in suis homilijs, si attendas, seruauerunt. Quapropter sanctus Chrysostomus homilia 7. in epist. ad Philipenses, sic ait, coguntur Prædicatores de Regno cœlesti, de morte,

*Psalm. 144.*

*Interlineal.*

*Doctrina valde notanda.*

*S. Chrysost.*

*homil. 7. ad Philip. tom.*

*de 4.*

# CAPVT DVODECIMVM.

Luc. 16.

de gehenna differere propter indispositionem auditorū attendentes ad illam vocem dicentem illis, vt restentur peccatoribus, ne veniant in locum tormentorum.

# CAPVT XII.

*IN QVO DEMONSTRATVR,  
quòd hoc ministerium tam excelsum, &  
sublime, nullus nisi in matura etate  
exercere presumat.*

Luc. 1.



V A M Sublime sit, & excelsum prædicationis ministerium, & quod nõ sit nisi in matura ætate exercendum, sanctus Ioannes Baptista ostēdit, qui cū à teneris annis in deserto, celestem vitam, & Angelicam conuersationem egisset, & à Spiritu Sancto plenissimè, ad præparandam Deo plebem pefectam, & conuertenda corda patrum in filios esset illuminatus, non nisi in trigesimo anno ætatis suæ verbum Dei prædicandum suscepit. Vt hic discamus quàm graue sit, & supremum prædicationis mysterium, nec omnibus temporibus, ætatibus, & personis licere, nec illud exequi conuenire. Sed potius grauem, sapientē, & omni virtute præditum vitum requirere, vt sanctè, & deuotè exequatur. Quod eleganter sanctus Gregorius ostendit dicens. At contra admonendi sunt, quos à prædicationis officio, vel imperfectio, vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit. Ne dum tanti sibi onus officij præcipitatione arrogat, viam sibi subsequētis meliorationis abscindant. Et quod arripiunt intempestiue, quod non valent perdant, etiam quod implere tempestinè potuissent. Atque scientiam, quàm incongrue conantur ostendere, iustè ostendantur amississe.

Luc. 3.

S. Gregor. 3.  
part. Cure  
Pastoralis,  
cap. 26.

Et cum alia multa tam eleganter dixisset subdit dicens,

# CAPVT DVODECIMVM. 61

ens; quod Prædicatores admonendi sunt, & considerēt, quod puli zelum, si ante pennarum perfectionem volare appetant, vnde ire in alta cupiunt, inde in ima demerguntur. Item aduertant, quod structuris recentibus nondum solidatis, si tignorum pondus superimponitur, non habitaculum, sed ruina præparatur. Item considerent, si conceptas soboles, scemuræ, si prius quam formentur profuerunt, nequaquam domos, sed tumulos repleat. Hæc Doctor sanctus.

S. Greg. 11.

Vbi supra

Quapropter Spiritus Sæctus Prædicatorem Euangelicum monens dicit: *Noli importune extolli in sapientia tua.* Arroganter te iactando de ipsa, ait Magister Lyranus, quapropter Christus Dominus Doctor cum sit Angelorum, & hominum, & summa Patris sapientia, ante triginale tempus in terra magister apparere noluit: ut precipitatis vim saluberrimam timoris incuteret: & ætatis suæ duodecimo anno, non docens, sed audiens, & interrogans in medio Doctorum describitur. Vt sanctus Ambrosius notauit.

Eccles. 32.

Luce 2.

S. Ambros.

Hæc etiam ætate Ioseph coram Pharaone stetit, & Regni gubernacula suscepit. Vt inter Principes eius loqueretur sapientiam, & sces eius prudentiam doceret. Triginta annorum etiam David erat, cum Regnum gubernandum suscepit, hæc item ætate Ezechiel iuxta fluum Chobar miras, & mysticas reuelationes contemplantus est, & exinde prædicare cæpit. Hæc, & alia exempla ambitionem plurimorum Prædicatorum præsumptionem reprimunt, & castigant, qui vis prælibata Theologia prædicationis onus arripere gliscunt, non attendentes illud verbum, quod in eos Spiritus Sanctus retorquet dicens: *Probata virtus corrigit insipientes.* Non solum probata

Genes. 41.

2. Reg. 1.

Ezech. 1.

Sapientia 2.

S. Gregori

Quæ omnia sanctus Gregorius eleganter prosequitur dicens, sed cum sit magni studij, ut exhortandis singulis

Vbi supra

## CAPVT DVODECIMVM.

feruiatur ad singula, cum valde laboriosum sit, vnūque-  
que de proprijs sub dispensatione debite consideratio-  
nis instruere: longè tamen laboriosius est, auditores in-  
numeros, ac diuersis passionibus laborantes, vno eodem-  
que tempore, voce vnus, & cōmunis exhortationis ad-  
monere, vbi quippè tanta arte vox temperanda est, vt  
cum diuersa sint auditorum vitia, & lingulis inueniantur  
congrua, & tamen sibi metipsis non sint diuersa. Vt in-  
ter passiones medias vno quidem ducta transeat, sed mo-  
re gladij ancipitis, tumores carnalium cogitationum ex  
diuerso latere incidat. Quatenus superbis prædicetur hu-  
militas, vt tamen timidis non augeatur metus. Sic timi-  
dis infundatur authoritas, vt tamen superbis non accres-  
cat effrenatio. Ita sanctus Doctor.

Hoc idem considerauit sanctus Chrysostomus (boni  
Prædicatoris prudentis, & maturæ ætatis condiciones  
describens) ait enim: varius, & multiplex debet esse Præ-  
dicator, non vtique dissimulatione mutabilis, sed faciens  
ea, quæ prædicationis, & salutis necessitas postulat. Vt de  
se faretur Paulus, factus sum omnia omnibus, vt omnes  
lucrifacerem. Hoc autem magni studij, & laboris est,  
multamque prudentiam, ac experientiam postulat. Ita  
sanctus Doctor. Nota omnia omnibus factus sum. Non  
mentientis astu (ait Glossa) sed compatientis affectu, non  
omnia illorum mala fallaciter faciendo, sed omnium ma-  
lis tanquam si sua essent misericorditer medicando. Alijs  
faciens quod sibi velet fieri, si opus esset. Cogitat vt ho-  
mo, in illis vitijs se esse potuisse, in quibus sunt alij. Vnde  
Paulus ait, considerans te ipsum ne tenteris. Hæc certè  
eximiam charitatem, & sapientiam, & prudentiam decla-  
rant.

Quod si hæc consideratio (ait sanctus Gregorius) est  
necessaria in his, qui ad Sacerdotij dignitatem promoue-  
ri desiderant, maiori cura, & diligentia obseruari debet  
circa illos, qui Doctores, & Prædicatores constituendi  
sunt, ne eorum imperitiam, vel ætatem, aut experientiam  
defectum, populi qui docendi sunt contemnant. Scimus  
enim, quod ædificati parietes, non prius tignorum pon-  
das accipiunt, quàm a natiuitatis humore sicentur. Ne si  
antea

*Eleganter  
prosequitur.*

*S. Chrysost.  
hom. 15. de  
Iudib. Pan-  
th.*

*1. Corint. 9.*

*Gloss. ordin.*

*S. Greg. ubi  
supra.*



## CAPVT DVODECIMVM.

*suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam, à summo usque ad nonissimum. Ideo lupi, id est, demones deuorant oves Christi. Hæc Doctor sanctus.*

*Exemplum mirabile.*

Aduerte in ista autoritate multa notari dignissima, sed illud præcipuè canes muti non valentes latrare, si est generosus catulus latrans contra Principum vitia, illi obijcere curant aliquod officium, & dignitatem, vt se ab eius latratu, & molestia liberent, sicut nos cani persequenti solemus frustram panis obijcere, vt illo detentus à latratu cesset, & nos interim quo volumus perueniamus. Similiter illis offeruntur dignitates, vt illis detenti desinant suum ministerium implere, & illi liberius, & dissolutius viuant, de quibus Oseas Propheta dicit: *Peccata populi mei comederunt.* Cur peccata populi comedere dicuntur? ait sanctus Gregorius: nisi quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia stipendia amittant, ideo canes muti non valentes latrare.

*Osea 4.*

*S. Greg.*

Solet etiam canis, alicuius magnati domum circueundo defendere suo latratu latrones ab introitu abigere, ianuam pulsantes irruendo mordere: sed ponitur mensa, apponuntur ferula, & canis, ita intectus expectat os, vel aliud obsonium, vt licet audiat pulsantium itrepitum, ita altat intectus, vt videatur velle latrare, & nō latrat, nec domum ab infestantibus defendit. Quanti sunt Prædicatores, qui iactio suæ prædicationis circuibant Ecclesiam Christi, & latratu suo peccatores terrere videbantur vitia acriter arguentes, sed ponitur mensa diuersorum ferulorum, id est, officiorum, & dignitatum, & ita illis sunt intenti, & illorum odore suspensi, vt licet videant, & audiant magnos strepitus vitiorum, & scandolorum nō valent contra illa latrare, hominibus magis quam Deo placere cupientes. Verè canes muti, non habentes feruorē, & spiritum sanctorum Prædicatorum, qui liberè dicant cum sancto Daniele: *Munera tua o Rex sint tibi, & dona domus tua alteri da, ego autem dicam tibi veritatem scripturam, & eius interpretationem ostendam tibi.* Peiores, & infideliores apparent cupido Propheta Balaam, qui ram liberè pronuntiauit. *Si dederit mihi Balac domitiam suam plenam auri, & argenti, non potero immutare verbum Domini mei.*

*Daniel. 5.*

*Numer. 22.*

# CAPVT DVODECIMVM. 63

Sed valde notandum est cum sancto Gregorio, alios seruos Dei hoc ministerium recusare, alios verò seipso sponte obtulisse ad illud exequendum. Nam ad Moysen locutus est Dominus: *Veni mittam te ad Pharaonem, ut eruas populum meum.* Et respondit Moyses: *Qui sum ego Domine, ut vadam ad Pharaonem.* Et dixit Deus: *Ego ero tecum.* Et respondit Moyses: *Obsecro Domine nō sum eloquens ab heri, & nudiustertius.* Et dixit Deus: *Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris.* Quibus Moyses auditis iterum respondit: *Obsecro Domine mitte quem missurus es.* Vnde sequitur in Textu sacro: *Iratusque Dominus in Moysen ait, Aarō frater tuus Leuites erit pro ore tuo.* Hieremias similiter, dum mittitur retractat dicens humiliter, *A, A, A: Domine nescio loqui.*

Isaias autem seipsum offert, dicens: *Eccc ego mitte me.* Respondet sanctus Gregorius, nonnunquam sancti Prædicatores officium prædicationis alij laudabiliter appetunt, alij ad hoc laudabiliter coacti pertrahuntur. Et ab vtrisque diuersa vox prodit, sed non à diuerso dilectionis fonte dimanat. Duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet, & proximi. Per actiuam igitur vitam Isaias proximis prodesse cupiens, officium prædicationis appetit per contèplatiuam verò Moyses cum Hieremia amoris cōditoris sedulò inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandum debeat contradicit. Quod ergo alter laudabiliter appetit, hoc alter laudabiliter expauit. Iste ne tacitæ contèplationis lucra loquendo perderet, ille ne damna studiosi operis sentiret, sed hoc in vtrisque subtiliter intuumendum est. Quia qui recusauit, non restitit, & qui mitti voluit, ante per altaris calculum se purgatum vidit. Ne aut nō purgatus quisque ad sacra mysteria adire audeat, aut quem superna gratia eligit sub humilitatis specie superbè contradicat. Quia ergo valde difficile est, se purgatum quemlibet posse cognoscere, prædicationis officium tutius declinatur. Nec tamen vt diximus declinari pertinaciter debet, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Ita Doctor sanctus. *Que sacri Doctoris verba, quia tantis sunt referta my-*

*S. Gregor. 17  
p. Cura Pa-  
storalis c. 7.*

*Exodi 3.*

*Hierem. 10.*

*Isai. 6.*

*Doctrina  
mirabilis  
valde notan-  
da S. Greg.*

## CAPVT DVODECIMVM.

desiderijs breuitatis causa, medicanda vobis relinquo.

Quid igitur ad hoc multi Prædicatores dicent? qui vitam contemplatiuam nescientes, & actiuam indebitè, & remissè exercentes, hoc diuinum, & Angelicum ministerium arripere cupiunt. Quod quidem sine continuo contemplationis, & ardentis charitatis exercitio debite adimpleri non potest.

*Genes. 23.*

*S. Greg. ibi  
in Glos. ord.*

Vt eleganter & deuote idem sanctus Gregorius mysterium duplicis speluncæ Abrahamæ expendens adnotauit diceas, inuit duplex sepulchrum, quod perfectus Prædicator extinctam à desiderijs carnis animam abscondit sub bonæ operationis, & contemplationis tegmine, vt à carnali concupiscentia quasi insensibilis lateat, quam prius sentiens mortaliter viuebat. Actiua vita à prauis operibus mortuos sepelit, contemplatiua perfectius: quæ acunctis actionibus funditus diuidit. Qui ergo iam in se contumelias carnis edomuit, superest vt mentem per studia sanctæ operationis exerceat, & qui iam mentem per sancta opera dilatat, superest vt eam vsque ad secreta intimæ contemplationis extendat. Non enim est perfectus Prædicator, qui propter contemplationis studiū operanda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. Hæc Doctor sanctus.

*S. Bernard.  
mirabiliter  
ambitionem  
Prædicato-  
ris castigat.*

Ita enim elementis huiusmundi mortui esse debent, vt in contemplatione primi, & in actione præcipui semper appareant. Ne inueniantur de illorum numero esse, quos sanctus Bernardus, sine prudentia, sine scientia, sine maturata ætate, & vitæ actiue, & contemplatiue exercitio inuentos sic reprehendit dicens: Sunt quidam, qui tantæ sunt charitatis (ironicè loquitur) vt ante loqui quam audire parati sunt. Et prompti docere quod nõ dedicerunt, & alijs præesse gelientes, qui seiplos regere nesciunt. Cæterum, tu frater cui firma satis propria salus nondum est, cui charitas scientia, & prudentia adhuc aut nulla est, aut adeo tenera, & arundinea quatenus omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur vento doctrine, immo tanta est charitas, vt ultra modum plus diligas proximum quam te ipsum. Et rursus tantilla, vt contra mandatum fauore liquefeat, timore deficiat, con-

nitijis exagitetur, cutis euisceretur, perturbetur tristitia, auaritia contrahatur, protrahatur ambitione, suspitione inquietetur, honoribus tumeat, liuore tabescat, tu inquam ita in proprijs te ipsum sentiens, quam dementia quaso aliena curare, alios instruere, aut ambis, aut aquiescis? Hęc sanctus Doctor, in quibus verbis satis manifeste reprimitur aliquorum impudencia Prædicatorum. Sit ergo prudens Prædicator, sit multa sapientia, & experientia præditus, sit charitate non vanitate plenus, vt veredocere possit: *Charitas Christi urget nos*. Urget ad hoc ministerium debite, & deuote exercendum.

2. Corin. 5.

Sed nota, quod Prædicatores, & Confessores debent habere quinque condiciones, vt alios debite, & fructuose corrigere valeant, vt nemini dantes vllam offensionem non vituperetur ministerium nostrum.

2. Corin. 6.

Prima est considerare, si est similis illi, qui corrigendus est in illo peccato æquali, vel maiori. Et tunc si peccatum est notorium, non debet eum corrigere, sed seipsum, & alium ad poenitentiam comouere. Ne iuste de se audiat: *Medice cura te ipsum*. Nam, vt ait Glossa, non est Doctor idoneus alijs mederi, qui prius seipsum non sanauerit.

Luc. 4.

Secunda est, si non est similis illi in peccato illo, attendere debet si fuit aliquando similis, & tunc attendat, quod sicut nolebat tunc despicere, sed compassionem tibi impendi. Similiter, fratri peccanti compati debet, & misericordiam exhibere, quia scriptum est, ne despicias hominem auertentem se à peccato, & ne impreceris ei, sed memento quod omnes in corruptione sumus. Alterum, intellige quæ sunt proximi tui ex te ipso, & sanctus Paulus ait, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum.

Eccles. 31.

Ad Eph. 6.

Tertia est, quod si non est ei similis, nec fuit, debet attendere quod potest ei similis esse. Ideo non debet superbe, sed humiliter peccantibus condescendere, quia scriptum est, qui stat, videat ne cadat: & iterum, nõ gloriatur Rex Israel, accinctus, æque, vt discinctus. Vnde tanquam Augustinus; nemo est qui se curus esse possit in hac vita, quæ tentatio est, super terram, vt qui potuit fieri ex

1. Corin. 10.

3. Reg. 24.

S. August.

de-

# CAPVT DVODECIMVM.

deteriori melior, non possit fieri ex meliori deterior.

Quarta est, quod si non fuit illi similis, & de Dei bonitate confidit, quod non erit illi similis attendere debet, si ille qui est reprehensibilis, in alio sit commendabilis, si habet istos defectus, habeat alios profectus: & tunc debet supportari, vt Christus fecit eū Episcopis, Ephesi, & Sardis, qui eos reprehendere volens dixit: Habeo aduersum te paucos, quia charitatem primam reliquisti, sed hoc habes, quod odisti facta Nicolaitarū, quæ ego odi, similiter fecit cum alijs Episcopis.

Quinta est, quia debet præcauere, quod ille, qui est malus, & in nullo commendabilis, fortè in oculis Dei, sit sibi in merito præponendus, vt patet in sancto Paulo, & Stephano, Stephanus erat bonus, Paulus videbatur malus, sed in conspectu Dei, Paulus Stephano, merito, & premio erat præponendus, quia vt Christus Dominus docet, quæ alta sunt Deo, humilia sunt hominibus, & quæ sunt hominibus alta, Deo sunt humilia. Ideo sanctus Bernardus ait, noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli alicui, noli vni, quid scis tu, si vnus ille, cuius vitam despicias, & putas sceleratissimam, ille melior, & te, & alijs, in se quidem futurus sit; in Deo autem iam sit. Quæ cum ita sint vera, cum quanto timore, & tremore debemus operari nostram salutem, & proximorū nostrorum reprehensioni, quam circumspectè, & quàm maturè, & prudenter debeamus intendere. Vt si forte Dominus noster Iesus Christus, per rete Euāgelicū, rete inquam (vt sanctus Chrysostomus dicit) diuersarum sententiarum, & obligatarum parabolarum, virtutum admirandarum, & multiformium doctrinarum narrationibus erbris, quasi fluctibus huc illuc discurrentibus mirabiliter textum: minis iudiciorum, & promissionibus beatitudinum, quasi quibusdam nodis indissolubilibus colligatum. Præscientijs, & occultarum cogitationum cognitionibus, demonum confessionibus, & mortuorum resurrectionibus nimis confirmatum. In quo artifex mirabilis Christus circumposuit, plumbea graua inextinguibilium flammarum, & immortalium vermium supplicia pēdetosa, vt possit facillè mundanorum cordium penetrare pro-

fun-

*Apocalip. 2.*

*1 Cor. 7.*

*Luc. 13.*

*S. Bernard.*

*S. Chrysost.  
homil. 7. in  
Matth. op.  
imperf.*

fundum. Per istud inquam rete voluerit, vt vos piscatores comprehendatis homines de hoc mundo falso, & fluctuabundo perfido, & semper periculoso, vbi homines alterutrum se comedunt, sicut pisces fortiores semper deuorant infirmiores, ne translari viuāt in terra trāquilla, & fructuosa corporis Christi, facti mēbra corporis eius. Vbi non est tēpestas ad euerسیونē, nisi forte ad tentationē fidei, & paciētiæ fructificationem. Hæc sanctus Doctor.

Quam fructuosus labor, quam pretiosus sudor, quam fœlix studium, quod expenditur in eruendis prædestinatorum animabus ex hoc mari periculoso prædictum recte in nomine Domini laxando. O quam fœlix eris, si vnā tantum animam extrahere tibi contingat ex illarum numero, de quibus sanctus Paulus ait: *Novit Dominus qui sunt eius.* Amat Deus, & defendit, ait Glossa, prædestinatos suos, qui quos præsciuit conformes fieri imagini filij sui, prædestinauit, vocauit, iustificauit, & glorificauit. Numerus talium est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradus cum pomorum fructibus. Ex hoc numero, quidam spiritualiter viuunt, & supereminente in charitatis viam ingrediuntur. Quidam verò adhuc carnales profectus suos instanter exercent, & vt in cibos spiritualium fiant idonei, sanctorum mysteriorum lacte nutriuntur. Sunt & ex illorum numero quidam, qui adhuc æquiter viuunt, aut in hæresibus, vel Gentilium superstitionibus iacent, & tamen illic nouit Dominus, qui sunt eius. Nam in illa infabili præscientia Dei, multi qui foris videntur intus sunt. Ex illis omnibus, qui (vt ita dicam) intrinsecus sunt in occulto intus sunt, id est, quos nouit Dominus, nemo illorum in æternam damnationem seducetur. Nouit Dominus, qui sunt eius. Nondum apparet iudicium, sed iam factum est in notitia Dei, nouit Dominus, qui permaneant ad coronam, & qui ad flammam, nouit triticum, nouit & paleam. Ita in Glossa ex mente tanti Doctoris Augustini, qui in materia prædestinationis tam subtiliter illa potuit differere.

Tu verò vigila in omnibus labora, prædica verbum in ista importune opportune, argue, increpa, ieiunijs, disciplinis, & vigilijs carnem macera, cœlestibus meditatio-

2. ad Thim.  
cap. 2.

Gloss. ordin.

De Prædestinatis mira doctrina.

2. ad Thim.

4.

## CAP. DECIMUMTERT.

nibus mentem nutrire cura, & pete à Patre luminum, id est, Angelorum, vt de profundo aquarum, de lacu suæ miseriz de luto fœcis, per tuam prædicationem educat aliquem ex numero illorum, qui adhuc nequiter in Ecclesia viuunt. Hæc loquere, & exhortare in Christo Iesu Domino nostro, qui tibi, & cunctis det perpetuæ gaudia vitæ.

*Ad Titum 2.  
& 3. cap.*

## CAPVT XIII.

*IN QVO DESCRIBITVR  
imago sancti Prædicatoris, omnibus vir-  
tutibus prædictis ornati ex doctrina San-  
ctorum Gregorij, Bernardi, Tho-  
mæ, & Augustini desumpta.*



Diximus de virtutibus, quibus Prædicator Euangelicus ornari debet, vt sanctè, & fructuosè Dei verbum annuntiet. Quatenus vberriimos fructus ex suorum laborum semine metat in Ecclesia sancta Dei. Quæ om-

*S. Gregor. lib. 23. mor. cap. 1. in c. 31. in lob.* nia sanctus Gregorius subtilissimè his differit verbis. Sanctæ vniuersalis Ecclesiæ, spiritualis quisque Prædicator in cunctis, quæ dicit solerti cura seipsum inspicit. Ne in eo quod rectè prædicat, vitio se elationis stollat. Ne vita à lingua discordet, ne pacem, quam in Ecclesia annuntiat, in seipso dum benè dicit, & male viuit amittat. Sed studet summoperè contra maledicos rumores aduersantium, & defendere loquendo quod viuif, & ornate viuendo quod dicit, nec in his omnibus suam, sed authoris gloriam quærit. Atque omnem sapientiæ gratiam, quam vt loqueretur accepit, non suis meritis extimet, sed eorum pro quibus loquitur intercessionibus accepisse. Dumque se infra deijcit, superest, quia sua nimi-

rùm mercedi proficit. Eo quod bona, quæ exercere præ-  
ualet alienis meritis reddit. Indignumque se omnibus iu-  
dicat, etiã cum dignus cunctis uiuat. Scit enim quod  
omnia, quæ hominibus innotescunt, sine periculo esse vix  
possunt. Et quamuis sapientem se esse sentiat, uolet tamẽ  
esse sapiens non uideri. Atque hoc sibi omnimodo quod  
loquẽdo proditur pertimescit. Et si liceat, tacere appetit  
dum esse multis tutius silentium cernit. Eoque felicio-  
res putat, quos intra sanctam Ecclesiam locus inferior  
per silentium occultat. Et tamen, ut sanctam Ecclesiam  
defendat, quia ad loquendum vi charitatis impellitur, ex  
necessitate quidem officium locutionis suscipit, sed ex  
magno desiderio otium taciturnitatis quærit. Hoc ser-  
uat voto, illud exercet ministerio, hanc autẽ formam ar-  
rogantes ignorant, nec enim loquuntur quia causæ eue-  
niunt, sed causas venire appetunt ut loquãtur. Hæc Do-  
ctor sanctus.

In quibus uerbis si diligenter attendas, omnes virtu-  
tes, quas superius retulimus inclusas plane uidebis. Siqui-  
dem sapientia diuina, quæ in Prædicatore lucefcere de-  
bet, in primis describitur. Etiam puritas, humilitas, fer-  
uor, in sequentibus delineantur. Item zelus animatum,  
& gloriæ Dei quærẽdæ demonstratur. Et quomodo Præ-  
dicatores vi charitatis, non spiritu uanitatis debent mo-  
ueri, & gratia sanctæ prædicationis impleri, non spiritu  
suæ scientiæ ostendendæ agitari.

Audiamus sanctum Bernardum immo Christum in eius  
ore loquentem, & diuina mysteria ad animæ suscitationem  
ex mortis sepulchro nobis apperientem: quæ mysteria,  
& diuina sacramenta, in tribus mulieribus, cum aromati-  
bus ad Christi Iesu sepulchrum properãtib, diuina lux  
ei monstrauit, & nobis faciendã scripta reliquit. In sepul-  
chro, ubi Christus iacebat, animam mortuã, & gratia, &  
charitate priuatã, in tribus mulieribus, Prædicatorũ,  
mentem, linguam, manum, in aromatis, diuersas virtu-  
tum species ad animæ suscitationem asportandas, glo-  
riosus & deuotus Doctor allegoricẽ uult intelligi. Dicit  
enim sic, ab Apostolo accepimus Christum per fidem ha-  
bitare in cordibus nostris. Vnde intelligitur tãdiu Chri-

*S. Bernard.  
serm. 2. de  
Resurrect.  
Christi.*

*Doctrina  
valde notan-  
da.*

## CAP. DECIMUMTER.

stum in nobis viuere, quamdiu fides uiuit. Ac postquam fides nostra mortua est, quodammodo Christus mortuus est. Porrò fidei vita charitas est, quæ per dilectionem operatur. Tu verò si videris hominem operibus strenuū, & seruore consolationis hilarem, viuere in eo fidem ne dubites. Sed nonnulli cum spiritu cœperint heu, carne consumantur. Quis magis mortuus eo, qui fouet ignem in corde suo, id est, peccatum in conscientia. Nec sentit, nec excutit, nec expauescit, ecce ergo Christus in sepulchro fides mortua in animo.

*S. Bernard.*  
*ubi supra.* Faciamus ei quod tres sanctæ fecere mulieres. Emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Emant proinde aromata tres mulieres, id est, mens, lingua, & manus. De his Petrus mandatum accepit tertio pascere gregem Domini. Pasce, inquit, mente, pasce lingua, pasce manu, pasce animi oratione, pasce verbi exhortatione, pasce exempli exhibitione.

### De aromatibus mentis.

*Quæ sunt aroma  
mentis*

*S. Bernard.*  
*ubi supra.*

**Q**Uærat igitur mens aromata sua, ante omnia cōpassionis affectum, deinde reuerentiæ zelum, & inter hæc discretionis spiritum non amittat. Quoties enim peccantem videris fratrem continuo debet procedere compassionis affectus, sed quid agimus? quod nonnulli dura ceruice, & atrita fronte, ut quo magis eis compatiatur, tanto magis nostra, & cōpassione, & patientia abutuntur? Nonne sicut compatiabamur fratri, ita & iniustitiæ compatiendum est, quam videmus, tam imprudentē abijci, tam impudenter prouocari? Scio, quod si qua in nobis est charitas contemptam hunc Dei æquamiter ferre non possumus. Hic est zelus iustitiæ, quo aduersus delinquentes accendimur, tanquam pietate ducti erga eam, quam contempni videmus iustitiam Dei, verū oportet, ut priora sibi vendicet compassionis affectus, alioquin in spiritu vehementi conteres naues Tarsis, conteris calceum quassatum, extinguis lignum fumigans. Sed cum vterque aderit, videlicet, compassionis affectus, & iusti-

iustitiæ zelus, necesse est, ut adsit spiritus discretionis, ne forte cum oportet hanc exhibere ille procedat, & indiscretio confundat uniuersa. Habeat ergo mens nostra spiritum discretionis, ut miscens temporibus tempora oportune æmulari, & nihilominus ignoscere sciat.

Sed unde hæc nobis? nec enim talia profert virtutum *S. Bernardi.*  
germina terra cordis nostri, sed magis tribulos, & spinas germinat nobis. Emere oportet ab illo qui dicit, venite emite absque argento, & absque vlla cõmutatione. Quã ergo commutationem dabit homo Deo pro gratia sua. Tria ergo aromata mētis numo propriæ voluntatis emēda sunt. Quam quidem dimittentes nihil amittimus, etiã lucratur multum commutantes illam in melius, ut communis fiat, quæ propria erat. Porrò communis voluntas charitas est, quæ patiens est, & benigna, ecce compassio- nis affectus. Quæ non gaudet super iniquitate, sed insurgit contra peccantem, ecce iustitiæ zelus. Congaudet autem veritati, ecce discretionis spiritus, quia non quarrit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi.

Iam vides qualia sunt aromata, quæ Prædicatoris mens ad animæ suscitationem secuat debet afferre. Videlicet affectus compassionis erga hominis naturam, zelus iustitiæ contra peccatum pro honore Dei zelando, & spiritus discretionis compassionem cum zelo, & zelum cum compassione contemperando. Ne si desit discretionis spiritus passione turbante: in spiritu vehementi conterantur naues Tarsis, & calamus qualatus confringatur, & lignum fumigans extingatur.

Hæc aromata mentis, ut supra diximus, Spiritus Sanctus in Arca Testamenti præsignauit. In qua quidē erāt *Cap. 7. dicta sunt.*  
vas Mannæ plenum, Moysis virga, & tabulæ legis. Arca Testamenti debet esse cor Prædicatoris, ait sanctus Gregorius, in quo Mannæ dulcis compassionis, cum virga, id est, zelo iustitiæ debet coniungi, & hoc secundum legem veræ sapientiæ, & discretionis. Hoc etiam in basibus Templi spiritus Domini figurauit. Erant in eis descriptæ figuræ leonis, bobis, & Cherubim; in basibus non erant planæ superficies, sed vndiquæ mysticis sculta figuris, quia sanctorum Prædicatorum mentes (ait Stephanus Abbas) *Ad Hebr. 9.*  
*3. Reg. 7.*  
*Steph. Abb.*

## CAP. DECIMUMTERT.

immò vniuersa eorum conuersatio virtutis in omnibus gratiam prærendit: habent leones, cum peccantes arguunt, & libertate vocis castigant. Ecce virga. Habent bobes cum leonibus, quia in sua correctione spiritum mansuetudinis non amittunt. Ecce Mannâ. Habent Cherubim. Qui scientiæ plenitudo interpretatur, quia iuxta quod in sacra Pagina legunt, discretionem sermonis, & operis, cum feruore arguendi custodiunt. Ecce tabulæ legis.

### *De aromatibus linguæ.*

*Qualia sunt  
aromata lin-  
gue.*

*S. Bernard.  
ubi supra.*

**L**inguæ quoque aromata tria sunt nihilominus necessaria. Modestia in increpando, copia in exhortando, efficacitas in suadendo. Vis habere hæc aromata, eme illa à Domino Deo tuo sicut, & priora, sine vlla cõmutatione, vt aliquid recipias, perdas nihil. Eme à Deo tuo moderatam correctionem, quia omnino magnum quodam donum optimum est, quod habent pauci. Linguam enim Iacobo teste, nemo domare potest. Videas multos sincera licet intentione, leuiter dicere quod grauitè audiatur, volat irreuocabile verbum. Et quod sanare debuerat, quia mordacius videtur, exasperat, & vicerat magis quando negligentia additur impudètia, & more phrænetici, non solum repellere, sed morderè tentat medici manum.

Multis quoque non suppetit verborum copia, sed sermonis inopia linguam suam sentiunt palato adhærere. Quod & ipsum solet audientibus nõ parum obesse. Alijs ad manum est abundantia sermonis multa, sed quæ dicunt minus sapiunt, & quia gratiam non habent, minus efficacitas sunt quæ loquuntur.

*Doctrina  
valde notan-  
da.*

Emenda sunt ista numo confessionis, vt prius confitearis peccata tua, quàm ad purganda accedas aliena. Magnum, & mirabile est sacramentum animæ suscitatio vide ne immundus ad illud accedas, quia verò mundus esse non potes, labia inter innocentes manus tuas, omnia enim in confessione labantur, ad altaris officium nemo accedit in veste communi, sed qui accessurus est prius induitur albis. Et tu ergo cum accedis ad animæ suscitatio-

nam, quæ fit per verbum vitæ, induere, de albare, induere vestimentis gloriæ, vt dicatur, tibi confessionem, & decorem induisti. Quia vbi cōfessio ibi in conspectu Domini pulchritudo. Serua ergo sancti Doctoris ordinem, & con silium, vt modestiam in increpando, in exhortando copiam, & efficaciam in persuadendo à Domino valeas obtinere. Quia diues est in misericordia, & dat omnibus affluenter.

*De aromatibus manus.*

**P**reparet ergo manus aromata sua. Continentiam in carne, misericordiam in fratre, patientiam in pietate. Primam debes tibi, secundam proximo, tertiam Deo. ante omnia ergo perfectam continentiam quære tibi, vt non solum à fornicatione, sed ab omni corporis voluptate abstineas. Deindè adde misericordiam quam proximo dèdes, cum quo saluandus es. Hæc autem aromata numero subiectionis sunt emendata. Hæc enim dirigit gressus nostros, hæc est quæ sanctæ conuersationis gratiam promeretur. Ipsa misericordiam ordinat, ipsa patientiam docet, & donat. Cum his aromatibus mentis linguæ, & manus accedendum est ad eum, in quo fides mortua est.

*Qualia sunt aromata manus.*

*S. Bernardus ubi supra.*

Verum si consideremus, quam magnum sit ad nos, suscitare eum, qui huiusmodi est, quã difficile accedere ad cor eius, quod lapidea quædam obstinatio, & impudentia claudit, putò quod dicere debeamus, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Attamen cum trepidi veremur accedere, fit sæpè vt pietate solita, preparationem cordis nostri audiat auris Dei, & ad vocem eius resurgat qui mortuus erat. Angelus enim Domini descendet de cælo, id est, diuinæ gratiæ visitatio de factum, & accedens reuoluit lapidem, id est, grauem conscientiam, & ponderosam male consuetudinis molem, quæ præducat ad irum tumuli Saluatoris, & separat inter nos, & Deum. Hunc ergo lapidem diuinæ gratiæ indulgentiæ remouens, & reuoluens sedet super eum. Sedet inquam, vt operiat sicut olim Rachel, idola patris sui. **Fœlix in**

*S. Bernardus mysteriis declarat.*

## CAP. DECIMUMTERT.

quò gratia super abundat, & charitas operit multitudinem peccatorum. Hæc sunt mysteria quæ sanctus, & melissus Bernardus Dei spiritu dictante, haurit de fontibus Saluatoris, vt Prædicatores doceantur, & instruantur de virtutibus, quas ad animæ in peccatis mortuæ suscitationem asportare debent, vt audientes, qui in sepulchris sunt, vocem Dei à peccatis resurgant.

*Nota da do-  
rina.*

Sed notare debemus de modestia in increpando, & efficacia in persuadendo, quas inter aromata linguæ pretiosa sanctus Bernardus apprime notauit. Modestia in increpando. Quia magna circumspectio est Prædicatoribus, & modestia necessaria, nemini dantes ullam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nos, vt ministros Christi, sed maxime in reprehensionibus faciendis: ne quod sanare debuerat, quia mordacius profertur, magis exasperat, & acrius ulcerat. Et quem vt patrem venerari debuerant auditores, quia minus cautè loquuntur, more phrænetici ad mordendum manum medici insurgere solent.

*2. Reg. 12.*

Non isto modo Nathan Propheta Dauid Regem, nõ Dauid Saulem tractauit, sed modeste, & reuerenter, vt sanctus Gregorius notauit, vterque processit. Nam aliquorum in reprehendendo efrenata libido, ex immoderata superbia, ira, inuidiâ, ambitione, & detractionibus quorûdã probatur exire, non ex charitate, & vera humilitate. Quia vt in Glossa docetur, nihil tam mordax, & asperum prædicatur, quod si ex charitate pro animæ salute fiat, non æquanimitè audiatur, & suaviter portetur.

*Gloss. ordin.*

*Prover. 31.*

*Quid dilecte mi? quid dilecte uteri mei? quid dilecte vistorum meorum?* Dixit mater ad filium suum Salomonè: *Ne dederis substantiam tuam mulieribus*, id est, substantiam virtutum corruptionibus vitiorum. Quæ verba sunt correctionis matris ad filium, quia Salomõ nocte sequenti desponsationis filix Pharaonis vigilauit, & in mane nimis dormiuit: in tantum quod transibat hora offerendi sacrificium matutinum, & clauis Templi erant sub cervicali Regis Salomonis. Propter quod mater sua intrauit, & cœpit eum arguere dicens, quid dilecte mi? id est, quid fecisti ex carnalitate tua impediens sacrificia diui-

*Tyrannus ex  
mente Rabi-  
eorum.*

na? In quo mysterio, duo Spiritus Sanctus præsignavit. Primū, quod Regibus, & Prælatiſ correctio debet impendi, & defectus maiorum in Ecclesia Christi à Prædicatoribus sunt corrigendi. Hoc enim insinuate videtur David dicens: *Rigans montes de superioribus suis.* Montes Ecclesiæ sunt Prælati, & Reges, superiores sunt Prædicatores, qui vt nubes in cœlo Ecclesiæ eleuataz ad montes imbres salutariſ doctrinæ immittere debent, & suæ correctionis tonitruum dirigere ex suo tenentur officio: Vt sanctus Paulus Prædicatorum Magister cum Principe Apostolorum fecit, quia *In faciem ei resistit, quia reprehensibilis erat.* Id est, dignus reprehensione, non pro se, sed pro alijs (ait Interlineatis) quia circa legalium obseruantiam, nimiam diligentiam adhibebat, ne scandalizaret Iudæos, ita ait Doctor Angelicus, huiusmodi litē componens.

Secundum est, quod talis reprehensio fiat verbis humilibus, & amicabilibus, ita vt eorum Maiestas videatur veritatem, quæ eis proponitur, & manifestatur, vt Nathan fecit cum David, sui peccati notitiam sub peregrini metaphora temperans, & eius cor ipsa veritate conuincens. Hoc docent Ecclesiæ Principes Petrus, & Paulus: Petrus ait: *Seniores obsecro pascite, qui in vobis est, gregem Domini.* Obsecrare debent Prædicatores humiliter, & charitative Prælatos, ait Lyra. Et sanctus Paulus dicit: *Obsecro vos pro Christo reconciliamini Deo.* Hæc intellige si non adsint errores, vel circa fidem, vel circa deprauatos mores, quia tunc iuxta sancti Bernardi sententiam, & consilium Sanctorum, in spiritu vehemēti increpādi sunt temerarij, vt Elias cum Achab fecit, & Ioannes cum Herode, & Christus Dominus cum Scribis, & Pharisæis.

De efficacia in persuadendo debemus tria notare, quæ in perfecto Oratore inuenienda esse Philosophi docuerunt. Scilicet, docere, delectare, & mouere. Quæ distinctio à sanctis Doctoribus, & laudatur, & obseruatur. Doceat ergo Prædicator Euangelicus nō materias subtiles, & intellecta difficiles, vt de Incarnatione, de Trinitate, de Gloria, & de libero Arbitrio: & hoc magno

Nota.

Psalm. 103.

Ad Galat. 2.

Interlin.

S. Thom. 1.

2. 2. 103. ar.

4.

2. Reg. 12.

Petri 1. c. 5.

2. Corint. 5.

S. Bernard.

Doctrina  
communis  
sanctorum  
valde notanda.

## CAP. DECIMUMTERT.

verborū apparatu, & Scholasticis terminis. Sed si occasio venerit, fiat breuiter, & transcursum, sed doceat ea, quæ pertinent ad pietatem Christianam, vt homines suæ consulant salutī, vt virtutes amplectantur, vitia aborreant, mores suos componant, & vitam suam emendent, vt diuinam gratiam consequantur: & hoc verbis facilibus, & claris. *Quia scriptum est sapientum doctrina facilis.*

*Prover. 14.*

*S. Aug. lib. 4. de doctrina Christiana c. 12.*

Omnia hæc valde subtiliter sanctus Augustinus docet, sic dicens, Prædicatorem, ita dicere debere eloquentem, vt doceat, vt delectet, vt flectat. Docere necessitas est, delectare suauitatis, mouere victoriæ. Horū trium primum, hoc est, necessitas docendi in rebus est constituta, quas dicimus. Reliqua duo, in modo, quo dicimus docendo. Qui ergo dicit cum docere vult, quandiu non intelligitur quod dicit, nō se existimet dixisse. Quia & si dixit quod ipse intelligit, non illi dixisse putandus est, à quo non est intellectus. Ecce quomodo taxatur à sacro Doctore doctrina subtilis, & difficilis, quæ ad re non pertinet, & facilis, & salubris doctrina laudatur.

Quod si delectare vult, prosequitur sanctus Doctor, illum cui dicit, aut flectere, non quocūque modo dixerit faciet, sed interst quomodo dicat vt faciat. Sicut est autē vt teneatur ad audiendum delectandus auditor, ita flectendus est vt moueatur ad agendum, operibus, scilicet, Prædicatoris. Et sicut delectatur, si suauiter loquaris, ita flectitur, si amet quod policeris, si timeat quod minaris, si oderit quod arguis, si quod commendas amplectatur, si quod dolendum exageras doleat, si fugiat eos, quos cauendos terrore proponis, & quidquid aliud grandi eloquentia fieri potest, ad commouendos animos auditorū non quid agendum sit, vt sciant, sed vt agant quod agendum esse, iam sciunt, exempla virtutum in dicente videntes. Hæc sanctus Doctor. In quibus verbis si diligenter attendas tota virtus, & efficacia ad flectendos animos auditorum in docentis operibus, & sanctitate posita demonstratur.

*Doctrina valde notanda.*

*S. Thom. 2. q. 177. ar. 1.*

Vnde docere salutarem doctrinam, delectare, & mouere vere diuinum quid dam esse, & Spiritus Sancti donum, docet eleganter sanctus Thomas dicens: Spiritus Sanctus

non deficit in aliquo, quod pertineat ad Ecclesie utilitatem, etiam prouidit in membris Ecclesie in loquutione, non solum ut aliquis sic loquatur, ut à diuersis possit intelligi, quod pertinet ad donum linguarum, sed etiam ut efficaciter loquatur, quod pertinet ad gratiam sermonis: & hoc tripliciter. Primò quidem ad instruendum intellectum, quod fit, dum aliquis sic loquitur, ut doceat doctrinam bonam, & salubrem. Secundò, ad mouendum affectum, ut scilicet, libenter audiat uerbum Dei, quod fit dum aliquis sic loquitur, quòd auditores delectet. Quod non debet aliquis quærere propter fauorem suum, sed ut homines eliciantur ad audiendum Dei uerbum. Tertio, ad hoc quod aliquis amet ea, quæ uerbis significantur, & velit ea implere, quod fit cum aliquis sic loquitur, ut audientes flectat, ad quod quidem efficiendum Spiritus Sanctus utitur lingua hominis tanquam instrumento quodam, ipse autem est, qui perficit operationem interius. Vnde sanctus Gregorius, nisi corda auditorum Spiritus Sanctus repleat, ad aures corporis uox docentium in casum sonat. Iterum, in uanum laborat lingua Prædicatoris, nisi adsit gratia Redemptoris. Ita Doctor Angelicus.

Nota atten  
te.

S. Gregor.

Quapropter semper Spiritus Sanctus orationibus lacrymis, & meditationibus sanctis est inuocandus ad hoc ministerium sanctè, & deuotè exercendum: ut David faciebat dicens: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ne proicias me à facie tua, & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me: redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Et sequitur: *Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.* Hoc idem sancti Apostoli fecerunt omnia relinquentes Christum sequentes in sua sancta conuersatione, & ieiunijs, & orationibus intenti, Spiritum Sanctum meruerunt accipere, & sic mundum conuerterunt.

Psalm. 50.

Viri Apostolici spiritum Dei habentes, qui animarum millia millium conuerterunt David sanctum, & Beatos Apostolos imitati sunt: quia in eorū uitis legitur quod carnem, ieiunijs, disciplinis, & uigilijs macerabant, mentem diuinis contemplationibus nutriebant, in salute ani-

S. Vincent.  
Ferrer.

# CAP. DECIMUMTERT.

aurum procuranda assidue versabantur, omnia huius saeculi bona, ut stercorea arbitantes, ut Christum, & animas eius pretioso sanguine redemptas lucrifacerent. Coelestis conuersatio, vita sancta, conscientia pura, & praesentium contemptus (ait sanctus Vincēcius Ferrer) sunt arma sanctorum Prædicatorum, quibus ornantur, mununtur, & disponuntur, ut Spiritus Sanctus eorum linguis tanquã instrumento utatur admirabiliã in Ecclesia Christi faciendã. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis, dixit ille, quo Spiritus Sanctus usus est, velut instrumento ad impios conuertendos. Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis porta, scilicet, misericordie Dei. Quia idem Deus diues in misericordia, diues in omnes, qui inuocant illum. Non est inexorabilis, non impotens, neq̃ auris eius est agrauata, ut non audiat orationes nostras, sed iniquitates nostræ diuiserunt inter nos, & Deũ. Diuiserunt, tanquã murus interpositus, ait Interlinealis, murus peccatorũ tollatur de medio, ut verè dicamus in Deo meo transgrediar murum, ut spiritum suum det nobis, cuius donis repleti tam mirabile ministerium implere possimus ad eius laudem, & animarum salutem, quia ut Ricardus ait, nihil sic placet Deo, nec placat Deum, sicut animarum zelus.

*Arma  
Prædicatorum  
sanctorum.*


*Psalm. 44.*

*Luce 11.*

*Isaia 59.*

*S. Bernard.*

*Psalm. 17.*



## CAPVT XIII.

DE PREMIO PRÆDICA-  
torum maximo, quo in cœlestibus Regnis  
fruuntur, si sanctè, & fructuosè ver-  
bum Dei annuntiauerint.



Magna, & incalculabilia premia illis, qui Dei ver-  
bum ad eius honorem, & animarum salutem  
prædicant, sunt destinata, vt diuina Sapien-  
tia clamat, dicens: *Qui elucidant me, vitam* *Eccles. 24.*  
*habebunt æternam.* Nota, qui elucidant me,  
id est, Christum, qui est Patris sapientiæ, nostra iustifica-  
tio, & redemptio. Vel qui elucidant me, id est, meâ cha-  
ritatem erga homines in premio æterno ostensam, & meâ  
iustitiam in malorum supplicio demonstrandam, vel elu-  
cidant me, id est, occulta sapientiæ meæ mysteria, in ve-  
tere Testamento, & nouo contenta, habebunt vitã æter-  
nam, id est, premium æternum. *Lyræ.*  
*Glossa.*

*Si separaueris pretiosum à vili quasi os meum eris, di-* *Hierem. 13.*  
*xit Dominus Hieremiæ. Vbi Glossa, consideremus quã-*  
*tam mercedē habeat sermo Doctoris, & ab errore quẽ-*  
*pjam liberare valuerit, & de peccatorum numero reuo-*  
*care, vt os Domini nominetur, & sit. Is enim qui pro Re-*  
*ge loquitur os Regis nominatur, Paulo testante: Pro 2. Corint. 5.*  
*Christo, id est, loco Christi legatione fungimur, tanquam*  
*Christo exhortante per nos.*

Maximum Prædicatorum premium sanctus Prophe-  
ta Daniel enarrat, dicens: *Qui ad iustitiam erudiunt mul-* *Daniel. 12.*  
*tos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Erudiunt multos  
verbo, & exemplo, ait Interlinealis, aliter non valet ser-  
mo Doctoris. Tacitus, & ociosus sermo doctrinæ mer- *Glossa.*  
cedem non meretur, tacitus, & ociosus sermo dicitur si-

# CAP. DECIMVMQVART.

ne exemplo, hic non meretur premium æternum. Quasi stelle in perpetuas æternitates, hi enim qui alijs super, eminent vita, & doctrina, habebunt speciale premium, aureo lam, scilicet, Doctorum.

*Lyranus.*

*Danielis 5.*

*Glossa.*

*Ibi nota.*

*Eccles. xi.*

*Interlin.*

*1. Reg. 17.*

*Mirabilis  
alegoria pro  
premio Præ  
dicatorum.*

*Psalms. 13.*

Si Rex Balthasar Danieli ingentia premia promissit, eoquod scripturam ei legerit, & interpretationem eius manifesta uit, dicens: *Purpura vestieris, & torquem auream circa collum habebis, & tertius in Regno meo Princeps eris.* Quanto affluentius ille Rex Regum, & Dominus dominantium purpuram, & torquem, id est, gloriam corporis, & animæ Prædicatori donabit, gloriam in quâ immensam, incorruptibilem, immarcescibilem: si Scripturam legerit, & premium æternorum, & tormentorū interpretationem hominibus annuntiauerit. Si in illo (sicut in Daniele) spiritus Domini, si sapientia, si scientia ampliores inuentæ fuerit. Ad annuntiandum peccatoribus, & premia in cælo fruenda, & supplicia in inferno sine fine torquenda.

De isto premio loquitur mysticè Salomon dicens: *Mitte panem tuum super transuentes aquas, & post multos dies inuenies illum.* Panem doctrinæ tuæ, & gratiam spiritualem cunctis infundè, quia in nouissimis premia inuenies: *Qui vicerit Philistæum hunc, ait Scriptura, dabit ei Rex diuitijs multis, & filiam suam ei locabit, & domum Patris sui faciet absque tributo.* Hoc fuit præmiū à Saule Rege destinatum viro, qui Goliath vicerit. Similiter Prædicatorem, qui per suam prædicationem feruidam, & deuotam vicerit, id est, vinci fecerit Philistæū, id est, diabolum, vel mundum, Rex gloriæ Christus dabit diuitijs multis, gratiæ, & gloriæ, & filiam suam, id est, beatitudinem ei donabit. Et domum patris sui, id est, corpus ab Adam tractum (in quo anima habitat) faciet absque tributo, vt non regnet peccatum, in mortali corpore suo. Hoc est enim premium tam magnificum, quod prædicantibus assignatur, vt non solum in futuro, sed in præsentem honorificum valde sentiat. Nam si in custodiendis illis (ait David) retributio multa, qualis retributio erit Prædicatorū, qui fideles exhortantur, vt Dei m̄a data custodiantur, eos minus terrent, vt non violentur,

*ob.*

obsecrant eos, vt impleantur. Certe, nec oculus vidit, nec auris audiuit; nec in cor hominis ascenderunt inefabilia premia, quæ præparauit Deus prædicantibus verbum, Euangelizantibus Regnum, annuntiantibus infernum.

1. Corint. 2.

De hoc Prædicatorum premio loquitur sanctus Apostolus Iacobus dicens: *Frates si quis ex vobis errauerit. A veritate fidei, vel morum (ait Magister Lyra) & conuerterit quis eum: Ab infidelitate ad fidem, vel à vitijs ad virtutes conuerteret inquam, vel bene monendo, vel tacente lingua, exempla bonæ actionis ostendendo: Scire debet, quoniam, qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viae suæ saluabit animam eius à morte.* Si enim magnæ mercedis est (ait Glossa) à morte eripere corpus quandoque moriturum quanti meriti est à morte liberare animam in cœlesti Regno sine fine victuram. Quidam codices habent liberabit animam suam à morte, & benè, & verè, quia qui erratē corrigit, per hoc ampliora gaudia vitæ cœlestis sibi adquiret. In Scripturis sanctis magnū premium vitæ actiue assignatur, maius contemplatiue, maximum prædicationi. Etenim (ait deuotus Galfridus) si melior est Mariæ vacatio, quàm occupatio Marthæ, in domo illa tres esse memento, ibi enim laborabat Martha, vacabat Maria, Dominus Iesus prædicabat. Absit autem, vt vacatio Mariæ sicut labori Marthæ, ita prædicationi Christi præferatur. Magna est vita actiua, contemplatiua maior, maxima prædicationis. Quæ vtramque, si veraciter exercetur, claudit. Magnus est qui intra huius sæculi tumultum irreprehensibiliter viuit, maior, qui extra, maximus qui supra. Talis debet esse Prædicator Euangelicus, vt viuens in medio nationis prauæ (Paulo clamante) inter eos lucere debet sicut luminaria in mundo, præbens seipsum exemplum bonorum operum, ita vt qui ex a duerso sit, id est, sæcularis, vereatur nihil habere dicere de nobis. Immo compellatur dicere sua conuersatio in cœlis est, & cogitatio eorum apud Altissimum.

Iacob. 5.  
Lira ibi.

Interlin.

Glos. ordin.

Deuotus  
Galfrid.

Luce 10.

Ad Philip.

S. Tb. 22. 9.

188. art. 6.

con. in corpore.

Religio illa, quæ ad docendum ordinatur, & prædicandum, summæ perfectionis gradum tenet, vt sanctus Thomas eleganter docet. Quia vera, & sancta prædicationis, &

## CAP. DECIMVMQVART.

*Psalms. 144.* cōtemplatiuam, & actiuam vitā amplectitur. Vnde san-  
ctus Gregorius ait, quod de perfectis viris post contem-  
plationem suam redeuntibus dicitur: *Memoriam abun-*  
*dantia suauitatis tua eructabunt.* Sicut enim maius est  
illuminare alijs, quā solum lucere, ita melius est, & ex-  
cellētius, contemplata alijs tradere quā solum contē-  
plari. Vnde Prædicator, qui in sua contemplatione, &  
que de cœlestibus gaudijs, & de æternis supplicijs hau-  
xit, hominibus fuerit impertitus, sicut in præsentī tenet  
summum perfectionis, ita in futuro summum fructuionis  
apprehendet.

*I. Reg. 6.* *Glossa mora-  
liter.* *Apocal. 21.* *Matth. Lu-  
cc 16.* *S. Hieron.* *Genes. 41.*  
Vaccæ iliz Arcam Testamenti portantes, Prædica-  
tores Euangelicos significant. Qui Christi Euangelium  
portant, qui duobus vberibus novi, & veteris Testamē-  
ti filios spirituales lactant. Mugiant, deuotè orando, re-  
ctè incedunt, sanctè viuendo, nō declinant ad dexteram  
prosperitate allecti, nec ad sinistram aduersitate postra-  
ti. Sic perueniūt in Bethsames, id est, cœlum: nam Beth-  
sames domus Solis interpretatur, vbi Sol iustitiæ splē-  
det, nam lucerna eius est agnus, id est, humanitas Christi  
glorificata. Sic Prædicator Euangelium portet, sic mu-  
giat, nec ad dexterā, nec ad sinistram deviando, vt æter-  
næ vitæ brauium apprehendere possit.

Quia si iniquitas benè dispensata ( vt sanctus Hiero-  
nymus aduertit ) vertitur ad iustitiam, quanto magis ser-  
mo diuinus, in quo nulla est iniquitas, qui Apostolis, ac  
Apostolorum successoribus creditus est, si benè, & fideli-  
ter fuerit dispensatus suos dispensatores lenabit in cœ-  
lum, augebit eis premium, & coronas cummulabit æter-  
nas?

Sanctus, & castus Ioseph, quia Pharaoni mysteriorū  
profunda enarravit, valde honoratus, & exaltatus est.  
Nam ait Scriptura sacra: *Constituit illum super vniuer-*  
*sam terram Egypti, tulit annulum de manu sua, & dedit*  
*in manu eius, vestiuitque eū stolla byssina, & collo torquē*  
*auream circumposuit, & fecit illum ascendere super currū*  
*suum.* Si sic fratres, fuit exaltatus Ioseph, quia sua sapien-  
tia ampliori mysteriorū profunda explicauit, quomo-  
do exaltabitur Prædicator, quia sua sapientia Dei pro-

# CAP. DECIMVMQVART. 73

funda mysteria gentibus enuntiauerit? Quid tam profundum, quam homines mortales inter Angelos in gloria collocari? Eos eleuans de itercore, vt sedeant cū Principibus, & soliam gloriæ teneant? Quid tam profundum, quam animas Christi sanguine redemptas inter dæmones in inferno vsque in æternum cruciari? Vere terribilis Deus in cōsilijs super filios hominum, alios assumens ad Regnum alios deiciens in infernum. Alios eleuans ad coronam, alios deprimens ad pœnam. Quis ergo enumerabit coronas, intelliget premia, quæ Christus Dominus daturus est Prædicatori, qui per suam ampliores sapientiam, & deuotam, & sanctam prædicationem, fidelium animas ad cœlestia Regna adduxerit, & ab æternis flammis abduxerit? *Possit ergo, Prædicator, sapientiam, posside intelligentiam, Neque derelinquas eam, & apprehendet te, ama illam, & seruet te, circunda illam, & exaltabit te, honora illam (virtuose viuendo) & amplexabitur te, vt det capiti tuo coronam gratiarum, & corona deliciarum proteget te.*

*Psalms. 65.*

*Matth. 24.*

*Proverb. 4.*

Verba illa David, quæ coronas, & tam magnifica premia sonant, de sanctis Prædicatoribus à Doctoribus apprime intelliguntur: *Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.* Quia quod corde desiderat, & ore petit, in suis prædicationibus inuenisse gaudet. Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, in suis orationibus, & sanctis meditationibus præuenitur dulcedine, quam plenè possidendam in futuro sperat. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Posuisti, id est, imponi decreuisti post cursum suarum prædicationum, *magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam, & magnam decorem impones super eum.* Quia gloriam tuam, & animarum salutem in suis prædicationibus semper quaesuit. Et post consumatos labores suæ prædicationis, *lætificabis eum cum vultu tuo, lætificabis eum in gaudio gloriæ cœlestis, cum vultu tuo, quem desiderant Angeli prospicere.*

*Psalms. 20.*

*Lyr. ita explicat in sensu morali.*

*Pro gloria Prædicatorum sanctorum.*

Ecce quale premium, quanta gloria reseruatur sanctis & deuoris Prædicatoribus: tanta, vt ait sanctus Bernardus, quod non potest numerari, tam magna quod non

*S. Bernard.*

# CAP. DECIMUMQUART.

potest mensurari, tam pretiosa quod non potest estimari.

*Sapient. 5.*

*Iusti, quales Prædicatores esse debent, in perpetuum uiuent, & apud hominum est merces eorum. Ideo, quia scilicet ministerium Euangelicę prædicationis deuote impleuerunt, accipient Regnum decoris de manu Dei, & diademata speciei de manu eius. Si quis mihi ministrat.*

*Ioann. 12.*

*Ait Christus Dominus, uerbum meum fideliter prædicando, honorificabit eum Pater meus, qui in cælis est. Ut ubi ego sum, ibi sit, & minister meus. Id est, Euāgelij mei. Qualis honor, ait sanctus Augustinus, ut ibi sit adoptiuus, ubi est naturalis filius.*

*S. August.*

*Psalom. 2.*

*Prædicans præceptum Domini, constitutus est in monte sancto eius. Id est, in Ecclesia militante, quæ mons pinguis mons cuoagulatus meritis, & donis, & uirtutibus dicitur. Constitutus inquam in magno honore, & reuerentia habitus. In futuro constituetur in monte sancto gloriæ. In montibus Israel, in pascuis uberrimis, diuinitatis, & humanitatis: nam ingredietur ad contemplandam diuinitatem, & egredietur ad contemplandam humanitatem, & pascua inueniet in utrisque, ita ut anima cum potentijs, & corpus cum sensibus inueniant delectationes in dextera eius usque in finem. In herbis uirentibus Angelorum, & sanctorum. Qui flore bunt sicut liliū in cōspectu Domini in æternum.*

*Exech. 37.*

*Ioann. 10.*

*S. August.*

*S. Chriost. hom. 54. in Matth. op. imperf.*

*Attendens sanctus Chriostomus eximiā premiā, quæ Christus Dominus daturus est in iudicio propter eleemosynas corporales sic ait: Quanto melior est anima quā corpus, tanto grauius est peccatum animabus periclitantibus spirituales eleemosynas non præstare, quam corporibus corporales. In Ecclesia ergo, non solum sunt pauperes corporaliter esuriētes, aut debiles corporaliter, aut peregrini secundum corpus. Sunt ergo peregrini corde, sunt debiles animo, sunt mente cæci, in obedientia surdi, & cæteris passionibus spiritualibus laborantes. Quorum animæ omnem escam spiritualem abominantur, & appropinquauerunt usque ad portas mortis. Qui ergo nō habet unde faciat eleemosynas corporales, faciat spirituales ex gratia uerbi, quam accepit à Deo, & inueniet*

*Doctrina optima, & maxime notanda.*

# CAP. DECIMVMQVART. 74

retributionem à Christo. Qui omnia tam corporalia, quàm spiritualia, tanquam in se facta commemorat, quæcumque in hominibus facta fuerint. Hæc diximus, vt sciant Prædicatores quantum beatitudinis sibi adquirant si diligentes fuerint circa verbum Dei. Et quantum damnationis si negligentes extiterint. Hæc sanctus Doctor.

Nota quantum beatitudinis si diligentes fuerint, electosynas spirituales verbi faciendo, gloriam Dei, & animarum salutem enixè procurando. Quantum damnationis si in ijs negligentes extiterint, diligentes autem in aura populari captanda, & in sua scientia ostentanda innoximè intenti.

De isto premio Prædicatorum loquitur etiam sanctus Paulus dicens: *Qui superædificat super hoc fundamentum, Euangelicæ prædicationis, scilicet, aurum, argentum, & lapides pretiosos.* Aurum dilectionis Dei, & proximi, ait Glossa, argentum diuinæ sapientiæ lapides pretiosos, id est, sententiæ meliores, & vtiliores, ait sanctus Augustinus: *Hic mercedem accipiet eternam.* Evolando ad celestem patriam, ait Lyra: *Qui ædificat ligna, fœnum, & stipulam,* id est, doctrinam curiosam, & vanam, & cupiditate quæstus deprauatam (non in se, sed ex parte docentis) *dies Domini declarabit. Quia in igne reuelabitur vnuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.* Nescio si talis Prædicator, *saluus erit per ignem.* Purgatorij, scilicet, sed timeo ne forte in inferno igne torquatur æterno. *Vnusquisque autem videat, id est, diligenter attendat quomodo superædificet.*

1. Corint. 3.

Glossa.

S. August.

Lyra ibi.

Non erit à proposito alienum de virtute, & efficacia verbi Dei aliqua notare, vt cogita eius virtute, plus ametur, efficacius desideretur, ardentius quærat. Et mirabilia facinora, cum hoc instrumento, in inimicos crucis Christi Prædicatores vibrantes gladium spiritus quod est verbum Dei, operentur.

Hanc virtutem, & efficaciam docet Prædicatorum Magister, & gentium Doctor dicens: *Vtius est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque à diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.*

Ad Hebr. 4.

## CAP. DECIMVMQVART.

*Hugo Card.*

Nota, vius est, vt credas, ait Hugo Cardinalis, effi-  
cax, vt speres, penetrabilior, vt timeas. Viuas in precep-  
tis, & prohibitionibus, efficax in promissis, & commina-  
tionibus, penetrabilior in iudicijs, & damnationibus.

*Lyra.*

*Interlin.*

*Gloss. ordin.*

Penetrabilior gladio ancipiti. Qui ambabus partibus  
carnē incidit. Et Dei gladius, corpus, & animā in gehennā  
mittit. Pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiri-  
tus. Animæ dicit, propter potentias eius animales, quæ  
sunt animæ, ac corpori communes. Spiritus dicit, prop-  
ter potentias animæ abstractis, quibus conuenit cū sub-  
stantijs purè spiritualibus. Has sermo diuinus diuidit,  
illas per iudicium rationis mortificando, & eius domi-  
nio subiiciendo, istas ad Deum eleuando, eius altissimæ  
premia, & tremenda iustitiæ suæ supplicia iugiter contē-  
plando. In illis desiderium crescit, in istis terror reprimi-  
t. Compagum ac medullarum. Compages sunt cogita-  
tiones, quæ sibi coniuguntur, medullæ sunt subtiles inten-  
tiones. Discernit cogitationes, discernit intentiones co-  
gitationum, quo singulæ tendant ad bonum, vel ad malū.  
Magna est igitur virtus verbi Dei, qui tam mira in vtrif-  
que substantijs operatur. Diuidens inter animam, qua vi-  
uimus cum bestijs, & spiritum quo intelligimus cū An-  
gelis. Diuidens inter sensualitatem, & rationem. Et ra-  
tionis cogitationes, & intentiones discutiens.

*S. Bernard.  
mirabile vir-  
tutem verbi  
Dei expli-  
cat.*

Istam mirabilem virtutem, & efficaciam verbi Dei in-  
ter omnes Doctores sanctus Bernardus, excellentius  
abundantius, & dulcius prosequitur dicens: *Beati qui  
audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Vultis nosse  
quam beati? Primum quidem sonans in auribus animæ  
vox diuina conturbat, & terret, audiat ergo peccator, &  
concurbabitur anima eius, & à voce eius anima carnalis  
contremiscet. Quia omnia cordis secreta rimatur sermo  
Dei vius, & efficax. Vnde si mortuus es in peccatis, si  
audieris vocem filij Dei, viues. Si cor tuū induratū est,  
emittet verbum suum, & liquefaciet illud. Si tepidus es,  
& emomi iam formidas, non discedas ab eloquio Dei, &  
inflamabit te, quia ignitum eloquium tuum vehemen-  
ter. Si tenebras ignorantie plangis, erit lucerna pedi-  
bus tuis verbum suum, & lumen semitis tuis. Si forte do-

## CAP. DECIMVMQVART. 75

tes peccata minuta illuminat<sup>a</sup> agnoscens, sanctificabit te sermo eius, vt inter Apostolos merearis audire iam mundi estis propter sermones meos. Cum vero laueris inter innocentes manus tuas, ecce parabit in conspectu tuo mensam, vt non in solo pane viuas, sed de omni verbo quod procedit de ore Dei. Vbi si consistant aduersum te castra, & prelium tentationis insurgat, arripe gladium spiritus, quod est verbum Dei, & in eo facilè triumphabis. Quod si ( vt est certaminis ) contigerit in eo vulnerari, mitte verbum suum, & sanabit te, & eripiet te de interitionibus tuis. Quod si titubas in aliquo, scilicet, mysterio fidei confitere, & clama; mei autem moti sunt pedes, & in verbis suis confirmabit te, vt experimento dicas verbo Domini cœli firmati sunt. Hæc sanctus Doctor tam deuote, & eleganter mirificas verbi Dei virtutes recoligens nobis dictauit.

De hac virtute, & efficacia verbi Dei disserit David: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. P salm. 28.*  
*Vox Domini confringētis cedros, vox Domini intercidētis flammam ignis. Vox Domini in virtute. Quando dixit, Glossa.*

Lazare veni foras, & adolescenti tibi dico surge. In virtute faciendi miracula, quia Christus in vnoquoque sanctorum loquitur. *Vox Domini in magnificentia, quia Matth. 7.*  
Dominus Iesus docebat, sicut potestatem habens, quia nō solū intellectum illuminabat, sed affectū inflammabat.

Quod quidē facit Prædicator deuotus hominum corda per sancta opera quasi per miracula ad Deū cōuertēdo. *Vox Domini in magnificentia. Quid itaque illa voce Casiodorus.*  
magnificentius, quæ illuminato corde sentire facit, vt bona appetantur, & mala fugiantur, vt de impio efficiatur pius, de captiuo liber, de seruo filius.

*Vox Domini confringentis cedros, id est, superbos, & arrogantes, humilians eos per veram pœnitentiam. Saule quid me persequeris? Et prostratus respondit: Domine quid me vis facere. Vox Domini intercidētis flammā ignis. Ignis est foies, flamma verò, quæ inde exit consensus est, actus, & consuetudo peccādi. Sed Dominus flammam istam non quidem extinguit, sed interrupt, ne veniat ad consensum, vel vsque ad actum, vel vsque ad con-*  
*S. August.*  
*Act. 9.*  
*Glos. ordin.*  
lue.

## CAP. DECIMUMQUART.

Incontinentiam. Quotidie in vnoquoque nostrum flammam ignis, id est, libidinis, per confessionem, & gratiam Spiritus Sancti Dominus intercidit, & per orationem Sacerdotis cessare facit, ita vt Deum laudando dicat liberastime à presura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum aestuata. Per consensum scilicet.

*Eccles. 5.*

*S. Hieron.*

*Matth. 10.*

*S. Ambros.*

Vox Domini præparantis ceruos, id est, Prædicatores, quos præparauit, quando misit eos prædicare, sine pera, sine virga, sine baculo, id est, sine adminiculis subsidij secularis. Cervi sunt Prædicatores, nam sicut cervi transeunt, & calcant spinas, vel serpentes, sic Prædicatores venena diaboli, & peccatorum spinas debent transilire. Tanta ergo est virtus, & efficacia verbi Dei, tanquàm mirificos effectus in cordibus peccatorum operatur, maximè quando virtute de spiritu Domini, Prædicator repletus illud Euangelizare procurat.

*2. Machab. cap. 15.*

De illo Iuda Machabeo dicit Scriptura sacra: *Singulos autè armavit, nõ clipei, & hasta munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus, & sic Nicanoram, & exercitum eius devicit.* Similiter mihi dicendum venit, quòd singulos populi Christiani Duces, id est, Prædicatores armavi, non corporalibus armis, sed sermonibus, & exhortationibus in hoc tractatu contentis, & si optimis, (Deo tribuendū) à quo est totum quod est optimum.

*Ibi.*

Accipe ergo, o Prædicator (vt Propheta sanctus Iudez Duci dixit) *Sanctum gladium munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel.* Nota, gladium sanctum, quod est verbum Dei, sanctum quia nos sanctificat, & tam mirabiles virtutes in nobis operatur, vt ex sancto Paulo, melifluo Bernardo, & Propheta Regio nunc retulimus: in eo deijcies aduersarios Christi, id est, peccatores huius sæculi. Vtinam impletum videamus quod textus sacer ihu subdit: *Exhortati itaque Iudea sermonibus bonis valde confortati statuerunt dimicare, & configere fortiter, eo quo ciuitas sancta, & templum periclitaretur.* Vtinam inquam Prædicatores videntes, quod ciuitas, & templum Dei, id est, Ecclesia Christi vndique impugnetur, impugnetur enim ab hereticis, à paganis, & à malis Christianis, qui passim tam horrenda scelera committunt:

*Ibi.*

# CAP. DECIMVMQVART. 78

nam omnes corrupti sunt, abominabiles facti sunt. De-  
fecit sanctus de terra diminue sunt veritates à filijs ho-  
minum. Iniquitas preualuit, corruie veritas in plateis.  
Circudant super muros eius iniquitas, & dolus, & de  
tantis malis nullus est, qui agat pœnitentiã de peccato  
suo, ac tandem adulterium, homicidium, furtum, & men-  
datium inundaerunt super terram. Videntes igitur tot  
mala repleantur virtute, spiritu, & seruore, vt annuntient  
Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum, id est, Ecce-  
lasticis, & secularibus. Exsistãtes quasi tuba vocem suã,  
vt annuntient populo Christiano peccata eorum, dicen-  
tes cum Ioanne, non licet tibi habere vxorem fratris tui.  
Cum Elia, tu, & domus tua conturbas Israel. Cum Pe-  
tro, oportet magis obedire Deo quam hominibus. Cum  
Paulo, si hominibus placuissem (veritatem tacendo) Chri-  
sti seruus non essem. Sic enim Prædicantes, & gladium  
spiritus, quod est verbum Dei, fortiter vibrantes, Nicæ-  
norem, & exercitum suum, id est, diabolum, & mundum  
sine dubio vincant, & superabunt.

Et vt hoc clarius exẽplo appareat, quod Prædicatores  
debent opus facere Euãgelistę, id est, nudas Euãgelii ve-  
ritates prædicare. Notetur pulchra allegoria de colũba  
quã Noe emisit de Arca, volens scire, si cessassent aquę  
diluij: *Qua cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius,*  
*reuersa est ad eum in Arcam. Aquę enim erant super vni-*  
*uersam terram.* Columba ista significat Spiritum Sanctũ,  
qui descendit, corporali specie, sicut columba super Chri-  
stum in Baptismo. Noe autem, id est, Deus Pater, de  
Arca, id est, de cœlo, mittit columbam, id est, Spiritum  
Sanctum, & venit ad Palatium dominorum temporalium,  
& inuenit eos plenos de iniustitia, rapina, & nõ inueniens  
vbi requiescat pes eius, vadit ad aliquos de Ecclesiasticis,  
& inuenit eos plenos de gulositate, de luxuria, de excessi-  
sibus, de cultu vestium, & equorũ faustu, & negligentijs  
circa curam animarum, non inueniens vbi requiescat. Va-  
dit ad mercatores, videns ibi tot vsuras, fraudes, & de-  
ceptiones, reuertitur ad Arcam. Venit ad Monasteria  
Religiosorum, & videns quod non seruãtur ibi vota, nec  
regulę, nec cõstitutiones, sed ibi esse inuidiã, diuisiones,

*Psalm. 131*  
*Or. 52.*

*Psalm. 111*

*Psalm. 54*

*Hierem. 51*

*Osee 4*

*Michea 3*

*Isaie 58*

*Marci 6*

*3. Reg. 18*

*Actor. 5*

*Ad Galat. 6*

*Genes. 8*

*S. Vincenti*

*Ferrer. ita*

*explicat ser-*

*monem in vi-*

*gilia Pente-*

*costes.*

## CAP. DECIMUMQUART.

& iurgia, non inueniens ubi requiescat, reuertitur ad Ar3  
cam. Et quia omnes penè corrupti sunt in suis, scilicèt,  
peccatis, ait Glossa, abominabiles facti, sunt in suis con-  
uersionibus, coram Deo, & Angelis eius declinauerūt-  
que à rectitudine iustitiæ operandæ. Non percipiunt Spi-  
ritum Sanctum, quia sanctus Paulus, hoc mysterium tā-  
gens dicit: *Animalis homo non percipit, quæ Dei sunt.* Et  
sanctus Ioannes aduertit, quòd *Spiritum ueritatis mun-  
dus non potest accipere.* Mundus, id est, homo secundum  
mundi vanitatem uiuens. Sic sanctus Vincētius Ferrer  
spiritu Dei plenus, istam figurā explicauit, & sic suo tē-  
pore prædicauit, & mundi Prædicatoribus prædicandā  
reliquit. Timens illud, quòd Spiritus Sanctus in Prædi-  
catores minatur dicens: *Noli quærere fieri iudex, nisi ual-  
leas uirtute irrumperè iniquitates: ne forte extimescas fa-  
ciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.* Quasi  
diceret ( ut Radulphus exponit ) noli suscipere officium  
Prædicatoris, nisi sis talis constantiæ, ut non reuerearis  
personam potentis: sed cum omni fiducia arguas delin-  
quentes. Quicumque ergo locum prædicationis tenet,  
necesse est ne adulando potestatibus, peccatis se contami-  
net alienis, & dum humanam declinat offensam, diuinam  
incurrat uindictam.

Hoc si tu impleueris Dei spiritu, & feruore plenus lau-  
des sanctorum Prædicatorum, quas Spiritus Sanctus di-  
ctauit, consequeris: *Habebis propter hanc ( prædicationem  
scilicèt ) claritatem a turbas, & honorè apud seniores, &  
in conspectu potentium admirabilis eris. Et facies Princi-  
pum mirabuntur te. Loquentè te respicient, attenti ad ser-  
mones tuos, ait Interlinialis, & sermocināte te plura, ma-  
nus ori suo imponent, non audentes tibi resistere. Propterea  
habebis immortalitatem, & memoriam aeternam, his qui  
post te futuri sunt, relinques. Dispones populos, tua scilicèt  
prædicatione, & nationes tibi subditæ erunt. Timebunt  
te Reges horrendi audientes, mirabilia iudicia Dei à te  
prædicata, & in multitudine fidelium, bonus Prædicator  
apparebis. Hæc præconia, has laudes, in præsentī Euan-  
gelicus Prædicator deuotus possidebit, & in futuro, in-  
fabilia præmia obtinebit.*

1. Corint. 2.  
Ioann. 14.

Eccles. 7.

Radulphus  
ita explicat

Sapient. 8.

Glossa.

Interlin.

# CAP. DECIMVMQVART. 77

Hæc enim fratres charissimi secundum quod potui-  
mus, diuersis scripturarum voluminibus pro animæ no-  
stræ profectû collegimus, & charitatis contemplatione  
suggessimus. Vos verò auxiliante Domino, dum frequen-  
tius diuinas scripturas relegitis, si diligenter attendatis,  
credo quòd meliorem expositionem inuenire positis.


*S. August.  
serm. 71. de  
Tempore.*

Numerus capitulorû, ad instar sancti Pauli epistolas,  
quatuordecim inuenitur. Quia licet sanctus Apostolus,  
quindecim epistolas scripserit, sancta Ecclesia tamen, nõ  
amplius quam quatuordecim tenet. Vt ex ipso epistola-  
rum numero ostenderet, quòd Doctor egregius, legis, &  
Euâgelij secreta rimatus est. Et vitæ sanctæ Ecclesiæ per  
decem & quatuor computatur. Quia vtramque testamē-  
tum custodiens, & tam secundum legis Decalogum, quã  
secundum quatuor Euangeli libros viuens, vsque ad per-  
fectionis culmem extenditur. Similiter ter per quatuor  
deducta duodecim faciunt, quibus dum duo iunxeris, qua-  
tuordecim composuit. In quatuor ter, quid credere, quid  
ficere, quid & qualiter, & quomodo prædicare debeas  
ostenditur, quibus dum duo annexantur, videlicet, corpo-  
ris mortificatio, & mentis eleuatio, aut actiua vitæ, &  
contemplatiua exercitatio, aut Dei, & proximi

*S. Gregor.  
lib. 35. Moral.  
cap. 25.*

*Alia Autho-  
ris ratio,*

seruens dilectio, totius perfectionis  
culmen ascendis.



AD PRÆDICTA ALIQVÆ  
 ponuntur annotationes, in quibus de-  
 monstratur quomodo Prædicator Euan-  
 gelicus debeat esse terra Promissionis, &  
 Paradisus deliciarum, & alterum  
 coelum Impireum in terra.

## ANNOTATIO PRIMA.



ED Aduertere debes, quòd iustus, & san-  
 ctus. ( qualis Prædicator Euangelicus esse  
 debet ) prædictis virtutibus ornatus esse  
 debet etiam terra Promissionis lacte, &  
 melle fluens.

*Genes. 12.*

*Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo  
 Patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi: eris-  
 que benedictus, & merces tua magna nimis, dixit Do-  
 minus ad Abraham. Videamus de qua terra nobis exeun-  
 dum est, & qualis sit illa terra lacte, & melle fluens, &  
 vberimis fructibus referta, quæ nobis possidenda pro-  
 mittitur.*

*S. Isidorus  
 in Glossa ibi.*

Exeundum est nobis ( ait sanctus Isidorus ) de terra  
 nostra, id est, de facultatibus, & operibus terrenis, & de  
 cognatione nostra, id est, conuersione vitiorum, quæ  
 nobis à natiuitate coherentia quasi consanguinitatis  
 affinitate sunt coniuncta. Et de domo patris, id est, me-  
 moria mundi, vt ei renuntiantes possimus delectari cum  
 populo Dei, & in terram Promissionis, cum tempus ve-  
 nerit, intrare possimus. De vbertate huius terræ, ait

*Deut. 8.*

*Moyse, Dominus Deus tuus introducet te in terram  
 bonam fluentem lacte, & melle, terram riuorum, aquarum-  
 que, & fontium, in cuius campis, & montibus erumpunt  
 abyssi, terram frumenti, & ordei, ac vinearum: in qua fi-  
 cus, & malograana, & oliuera nascuntur. O terra desi-  
 derabilis! o admirabilis terra! quando veniemus ad te?  
 quando te possidebimus? quando habitabimus terram,  
 istam, & pascemur in diuitijs eius?*

Si-

Siquidem istam terram, sic opulentam, sic admirabile possidet Etheus, & Gergeseus, Amorreus, & Chanaanus, Phereus, & Eueus, & obtinet Iebusæus. Attende mysterium, nota Sacramentum. Septem gentes sunt septem vitia capitalia, ait sanctus Isidorus, quæ per Dei gratiam spiritualis miles exterminare iubetur. Et sanctus Chrysostomus profundius hoc mysterium explorans sic dicit: Habet vnumquodque vitium in corde nostro propriam mansionem, quam sibi vendicans in animæ nostræ recessu exterminat Israel, id est, rerum cœlestium contemplationem, & aduersari non desinit. Non enim possunt virtutes cum vitijs commorari. Sed cum ab Israelitis, id est, virtutibus fuerint vitia superata, locum quem fornicationis spiritus possidebat, castitas obtinebit. Quem ceperat furor, patientia vendicabit. Quem tristitia mortem operans occupauerat, salutaris, & plena gaudio lætitia possidebit. Quem accidia vastauit, excollet fortitudo. Quem gula usurpauit, abstinentia possidebit. Quem luxuria corrupit, castitas honestabit. Quem superbia calcavit, humilitas possidebit. Itaque singulis vitijs expulsis, eorum loca virtutes possidebunt: quæ filij Israel, id est, animæ videntes Deum nuncupantur. Qui cum vniuersas cordis passiones expullerint, non tam alienas possessiones parauisse, quam proprias recuperasse credendi sunt. Quia secundum veterum traditionem, terram Chanæorum filij Sen in diuisione orbis terrarum sortiti sunt, quam Chanæi violenter possederunt. Vnde iusto Dei iudicio expulsæ sunt. Voluntas Dei non vitijs, sed virtutibus cordis nostri possessionem deputauit, quæ post præuicationem Adæ insolescentibus vitijs, quasi Chanæis expulsæ sunt à propria regione. Cū verò per Dei gratiam diligentia nostra, & labore restituuntur, non tam alienam terram occupant, quam propriam recipiunt. Hæc Doctor sanctus.

Vbi satis apparet quã subtiliter sanctus Doctor hoc explicauit mysterium, & quomodo vitia expellere, & passiones subiugare debeamus, vt hæc Promissionis terram feliciter possideamus. Quod si in extirpatione harum gentium, & in conflictu vitiorum, mundi occasione,

*Deut. 7.*

*S. Isidorus*

*S. Chrysost. mirabiliter prosequitur in Glos. ord. Exod. 23.*

# PRIMA ANNOTATIO.

carnis inclinatione, & demonis tentatione, aliquando cadere contingat, non desperes victoriam de ijs. Quia dicit Scriptura: Audiuit Chanaanus, quod venisset Israel per viam exploratorum, iniuit cum eo praelium, & captiuum duxit Israel. Rursum in eodem loco Israel voto se obligans Deo, tradidit ei Dominus Chanaanum, & interfecit eum subuersis vrribus eius. Quod mysticè explicat Glossa. Vt cum nos Dei auxilio destitutos inuaserint hostes, & captiuauerint nõ desperemus: potest enim fieri, vt vincamus vbi victi fuimus. Et Stephanus Abbas sic explicat, quamuis à diabolo pluries superemur, nulla tamen debet animam nostram victoriæ desperatio subiugare: quia si voverimus Deo nostro eius vrbes, & munimenta nos penitus deleturos (quæ sunt diuitiæ delitiæ, & mundi honores) non poterit aduersarius impetum nostrum sustinere, sed tradentur hostes in manus nostras.

Et sanctus Bernardus dulcius explicat dicens, quod si (vt humanæ infirmitatis est) aliquando labi cõtiogat, nõ desperes, sed velociter surge, & ad consueta virtutis recurre. Tu ergo si posueris in corde tuo declinare à malo, & facere bonum, tenere quod accepisti, & proficere in melius non in eo persistas, sed poenitere, & corrige quantum potes, eris sine dubio sanctus, sed cui clamare necesse sit custodi animam meam, quoniam sanctus sum.

Sed nota, quod si ab aliquo vitio te acriter infestari senseris, aut à superbia, aut inuidia, auaritia, & luxuria, ita à te aduersus illud vitium arripienda sunt praelia, vt omnem curam mentis, & sollicitudinẽ erga illius expugnationem defigas: aduersus illud quotidiana ieiuniorum spicula dirigens, contra illud omnibus momentis cordis suspiria, & gemitum crebra tela contorquens in illud. Vigiliarum labores, & meditationem sui cordis impendens indefinensque orationum fletus fundens, à Deo illius vitij extirpationẽ specialiter, ac iugiter poscens. Sic enim praelians, & cum Dei gratia vincens fecisti mirabilia in vita tua. Reuerà maius miraculum est de propria carne fomitem luxuriæ eradicare, quàm expellere immundos spiritus de corporibus alienis. Et magnificentiùs signum est virtute truculentos motus iræ cohibere,

quàm

*Numer. 21.*

*Gloss. ordin.*

*Steph. Abb.*

*S. Bernard.*

*S. Cassianus  
orat. 5. cap.  
14.*

*Et collatio  
ne 15. c. 8.*

quàm aereis potestatibus imperare. Et plus est exclassif-  
 se edacissimos de corde proprio tristitiæ morbos, quàm  
 febres corporeas alterius expulisse. Postremò multis  
 modis præclariòr est virtus animæ propriæ curare langu-  
 res, quàm infirmitates alieni corporis sanare. Mirabilius  
 quid esse potest? Quàm inter epulas esurire, inter vestes  
 pretiosas algerè, inter infulas humiliari, inter diuitias  
 quas offert mundus, ostentat malignus desiderat noster, *S. Bernardi*  
 appetitus, paupertate premi. Hoc enim mirabilius iudi-  
 co, quàm mortuos suscitare.

Aduerte etiam, quòd gentes à terra Promissionis per  
 quatuor expulsi sunt. Per gladios filiorum Israel, per *Iosue 10.*  
 lapides grandes de cælo cadentes, per stationem Solis,  
 & Lunæ. Per gladios intelliguntur verba Dei, gladium *Lyncei ibi.*  
 spiritus quod est verbum Dei. Per lapides, significantur  
 actus pœnitentiæ, scilicèt ieiunium, vigiliæ, asperitas *Gloss. ordin.*  
 victus, & vestitus. Per stationem Solis intelligitur adiu-  
 torium Christi, qui est Sol iustitiæ. Et Lunæ fauor Virgi-  
 nis Mariæ, cuius intercessio nos ab hoste protegit, &  
 hora mortis suscipit. His armis gentes expulsæ sunt, &  
 quinque Reges earum à Iosue deuicti sunt, & suspensi, ac  
 tandè in spelunca clausi. Quia quinque sensus nostri, qui  
 nobis regnare volunt, ab animo capiendi sunt, & crucifi-  
 gendi, & in solitudine collocandi. Iosue etiã præcepit Prin-  
 cipibus Israel, vt ponerèt pedes super colla illorum Re-  
 gum, quia nostris sensus subijci debent imperio rationis.

Etiam Deus filijs Israel Angelū mittere promisit, qui  
 præcederet, & custodiret eos, & introduceret in terram  
 Promissionis. *Obserua enim, ait, & audi vocē eius.* Nota *Exod. 23.*  
 mirabile de Angelo custode. Duo sunt Angeli (ait san-  
 ctus Chrysostomus permanentes cum hominibus, bonus, *S. Chrysost.*  
 & malus. Quamdiu est circa nos Angelus bonus, nunquã *hom. 6. oper.*  
 nos in tentationem impellere potest Angelus malus. Se-  
 cundum dispensationem Dei recedit aliquantulum An-  
 gelus bonus, magis autem non recedit, sed inuisibilem  
 se facit ante diabolum (quia nisi voluerit Angelus bonus  
 à diabolo non videtur) subtrahit se, vt diabolo det licen-  
 tiam tentandi, & stans expectat tentationis euentum. *Doctrina*  
 Quando ergo aliqua cogitatio rei male ascenderit su- *valde notan-*  
 da.

Quando ergo aliqua cogitatio rei male ascenderit su-  
 per

# PRIMA ANNOTATIO.

per cor tuum, & pulsat aliquod genus peccati, non est circa te Angelus bonus, sed diabolus loquens in corde tuo tentat te pariter, & compellit. Si tu ergo permanferis confringens cor tuum, magis autem diabolum confringens in corde tuo, cum non poterit superare te discedit à te. Quando recedente concupiscentia incipit cor tuum exultare, quia euasisti illū impetū malum, & quasi quidam spiritus in te tacēte lætatur, & gratias agit Deo, cognoſce, quia recessit à te diabolus, & post tentationis victoriam accedit Angelus, & ministrat tibi, & loquitur in te, & gaudium operatur. Hæc sanctus Doctor.

Hoc mysterium magis explicat sanctus Propheta Daniel dicens: *Angelus Domini descendit de celo cum Azaria, & socijs eius, & excussit flammam ignis, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.* Tunc iusti in fornace sunt (ait Richardus) quando carnis stimulo fatigantur. His Angelus in adiutorium venit, quia diuina virtus nunquam in certamine relinquit. Ab ijs flamma excutitur, quādo Dei gratia ardor libidinis extinguitur. Medium fornacis rorem facit, quando flante Spiritu Sā. to rore cœlesti perfunditur, & ex diuina inspiratione constantia refrigeratur. Tunc anima iusti Deo gratias agendo dicat, in medio ignis non sum æstuata.

Ex quo videtur quantum honoris, & reuerentiæ nos Angelo Custodi debeamus impēdere, siquidem Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Quantam tibi (ait sanctus Bernardus) debet hoc verbum inferre reuerētiā, afferre deuotionem, cōferre fiduciam. Reuerentiā pro præsentia, deuotionē pro beneuolentia, fiduciam pro custodia. Cautè ambula, vtpotē cui adsunt Angeli. In omnibus vijs tuis, in quolibet diuersorio, in quolibet angulo Angelo tuo reuerentiā exhibe, tu ne audeas illo præsentē, quod me videntē non auderes. An præsentem esse dubitas, quem non vides? quid si audires? quid si tangeres? quid si olfaceres? Vide quod non solū visu rerum præsentia probatur. Quid sub tantis custodibus times? fideles sunt, prudētes sunt, potentes sunt. Tantū sequamur eos, adhære amplexibus, & in protectione Dei commoremur. Quoties ergo gra-

Daniel. 3.

Richard.  
pulchre interpretatur.

S. Bernard.  
in Psalm. 90  
deuote profertur.

grauissima tentatio videtur vrgere, & tribulatio vehemens imminere, inuoca custodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulationibus, in clama illum, & dic, Domine salua nos perimus.

Cum Dei, & Angelorum eius adiutorio, expulsis gentibus, & Israelitis introductis, id est, expulsis vitijs, & radicatis virtutibus. Videamus iam qualis sit ista terra Promissionis, tam foelix, tam pinguis, & copiosa, quæ lacte fluit, & melle, & tam vberimis abundat fructibus. Si spirituales sumas, & spiritualiter sapimus (ait Richardus) terram hanc intra nos non extra quæramus. Si vultis terra est propter stabilitatem, si vultis cœlū est propter sublimitatem. Hæc terra multa profus dulcedine manat, quia cordis iucunditatem conscientia puritas parat. Promissionis terra conscientia securo. Terra meliflua iucunda conscientia. Si enim cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, quod habitamus in terra, quæ lacte fluit, & melle. In lacte, & melle intellige duplex gaudium conscientia, securæ, & bonæ. Geminum enim gaudium integra conscientia parit, de beatitudine, scilicet, mentis, & corporis. Lac de carne profuit, mel cum rore generatur. Meliflua dulcedo, velut de cœlo defluit, quando de incorruptibilitate mentis inestimabilis quædam gratulatio consurgit. In lacte dulcedo sola est, in melle, & summa, & sola. In contemplanda enim Christi humanitate, iucunditas quidem est magna non summa, in contemplanda autem diuinitate eius, dulcedo est, & sola, & summa. Ita Richardus tam eleganter, quam deuotè de terra Promissionis, id est, de pura conscientia nobis dulciter demonstrauit.

De ista terra Promissionis sanctus Bernardus consueta suauitate, & dulcedine loquitur dicens: Duo sunt, quæ bonam conscientiam faciunt, commissa flere, & flenda non comiterere, vtriusque virtutis bene conscius animus summe delectatur, & iocundatur. Seipsum iam securè deserat, & quodammodo perdat, vt alios lucrifaciat, non timeat cum Hieremia cum transgressoribus captiuari, cum sancto Iob frater fieri draconum, & socius fieri struotionum, cum Moyse deleri de libro vite, cum Paulo anathe-

*Richardus  
elegantè de-  
monstrat qua-  
lis sit terra  
Promissio-  
nis.*

*S. Bernardus.*

# PRIMA ANNO ATIO.

mā esse, cum Christo pro fratribus. Cum huic sinodi conscientia ipsam intrare gehennam, medias penetrare flammās. Comparemus cum huiusmodi conscientia thesauros Regum, & fastigia Regnorum, nonne pro tanto bono felicitas illa, miseria reputabitur. Ita sanctus Bernardus.

*Psalm. 36.*

Tanta sunt ergo bona, quæ secura conscientia parit.

*Glossa ord.*

*Fac bonitatem (ait sanctus David) & inhabitabis terram, & pascaris in diuitijs eius.* Quasi dicat, declina à malo vitia extirpando, & fac bonum virtutes exercendo, & sic habitabis terram, id est, bonam conscientiam, & pascaris in diuitijs eius, id est, virtutibus ad saturitatē, & suauitatem, ait Interlinealis. De populo Israel, ait Moyses: Impinguatus est dilectus, incrassatus, dilatatus. Dilectus, id est, iustus in istam terram, introductus, incrassatus est ex abundantia gratiæ affluentis, quæ quasi crassitudo erupta est super terram, id est, securam conscientiam. Impinguatus, sicut adipe, & pinguedine repletur anima mea. Dilatatus in charitate Dei, & proximi, quia terram istam possidens, non solum viam mandatorum currit, sed semitas consiliorum transiit. Vnde David ait, viam mandatorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

*Interlin.*

*Deuter. 32.*

De terra ista Promissionis loquitur David iterum:

*Psalm. 140.*

*Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Mansueti ait, qui patientia, & mansuetudine freti in expulsionem vitiorum, & plātatione virtutum hereditāt terram puræ, & securæ conscientiæ. Delectabuntur in multitudine pacis. Quia habent multitudinem pacis, scilicet, temporis, pectoris, & æternitatis pacem temporis cum proximo, pectoris cum Deo, æternitatis, quam fiducialiter præstolantur in spe filiorū Dei:

*Psalm. 36.*

*Secura conscientia quasi iugè conuiuium,* ait Salomon, quia sicut corpus lætatur ex appositione ciborū, ita anima ex memoria bonorum operum lætificatur, & repletur in bonis domus Domini, & inebriatur vbertate domus Dei, & torrente voluptatis diuinæ potatur. Quam quidem ipse David experiebatur, quando dicebat: *Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timētibz te.* Iterum: *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.* Iterum: *Memoriam abundantie suauitatis*

*Psalm. 118.*

*Secura conscientia quasi iugè conuiuium,* ait Salomon, quia sicut corpus lætatur ex appositione ciborū, ita anima ex memoria bonorum operum lætificatur, & repletur in bonis domus Domini, & inebriatur vbertate domus Dei, & torrente voluptatis diuinæ potatur. Quam quidem ipse David experiebatur, quando dicebat: *Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timētibz te.* Iterum: *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.* Iterum: *Memoriam abundantie suauitatis*

*Glossa.*

*Prover. 15.*

*Secura conscientia quasi iugè conuiuium,* ait Salomon, quia sicut corpus lætatur ex appositione ciborū, ita anima ex memoria bonorum operum lætificatur, & repletur in bonis domus Domini, & inebriatur vbertate domus Dei, & torrente voluptatis diuinæ potatur. Quam quidem ipse David experiebatur, quando dicebat: *Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timētibz te.* Iterum: *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.* Iterum: *Memoriam abundantie suauitatis*

*Magister  
Lyra.*

*Psalm. 144.*

*Secura conscientia quasi iugè conuiuium,* ait Salomon, quia sicut corpus lætatur ex appositione ciborū, ita anima ex memoria bonorum operum lætificatur, & repletur in bonis domus Domini, & inebriatur vbertate domus Dei, & torrente voluptatis diuinæ potatur. Quam quidem ipse David experiebatur, quando dicebat: *Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timētibz te.* Iterum: *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.* Iterum: *Memoriam abundantie suauitatis*

# PRIMA ANNOTATIO. 81

*fructus tua eructabunt.* Sancti, scilicet, Prædicatores in suis sermonibus, & conuersationibus.

De ista terra ad litteram loquitur Moyses cum dicit: *Constituit eum super excelsam terram, ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* Vbi Richardus sic ait: quæ est ista excelsa terra? nisi pura conscientia, vita spiritualis, conuersatio sancta. Excelsa, quia à curis huius vitæ eleuata, in qua comeduntur fructus agrorum, qui sunt sensus, sententiæ quæ sacrorum librorum, quibus sanctus Prædicator pascitur, & delectatur, ut sugerat mel de petra, oleumque de saxo durissimo, Petra, & saxum Christum significant. Petra Christum in sinu Matris, saxum verò Christum in sinu Patris. Mel de petra significat gratiam redemptionis, Oleum de saxo durissimo, gloriam beatitudinis. Sicut mel præ omnibus, quæ comeduntur dulcius sapit, sic gratia redemptionis præ omnibus in cordibus electorum dulcescit. Et quomodo oleum cunctos liquores excelit, sic gloria beatitudinis (quæ summum bonum est) cætera bona superat, & excelsit. Talibus fructibus tam dulcibus reficiunt, & delectatur deuotus Prædicator, qui à Domino super excelsam terram, id est, puram conscientiam constituitur. Ita elegans, & deuotus Richardus.

Vel ut sanctus Gregorius sentit. Petra est Christus, qui mel dedit, quando adhuc mortalis miraculorum dulcedinem ostendit. Oleum fudit, quia post resurrectionem per ascensionem sancti Spiritus donum sanctæ vntionis donauit. Mel de petra sagit, qui eius facta mirabilia contemplatur, oleumque fugit, qui Spiritus Sancti charismata in se recipiendo delectatur. Ita sanctus Gregorius, suauitatem, & dulcedinem terræ Promissionis, id est, securæ conscientie in carpendis fructibus nobis demonstrauit.

Et am in ista terra inuenitur abundantia frumenti, & vinearum; quia deuotus Prædicator adipe frumenti, id est, corporis Christi satiatur. Et bibit de calice sanguinis Christi, de quo dicitur, & calix meus inebrians, quæ præclarus est bibit de genimine vitis, quod lætificat cor hominis præclarum vinum getminans virginès, id est, ani-

*Deuter. 32.*

*Richardus de note, & eleganter.*

*Greg. in glo. ordin.*

*Deuter. 8.*

# PRIMA ANNOTATIO.

*Canticor. 4.*

mas sanctas. De quo vino Sponsa propinabat dicens: *Bibite amici, inebriamini charissimi.* Amici bibunt, charissimi inebriantur.

*Deuter. 8.*

In hac terra nascitur ficus, id est, dulcedo, & suauitas rerum cœlestium. Etiam nascuntur diuersa oliueta, quæ sunt duo opera misericordiæ. In primo oliueto septem corporales necessitates proximi demonstrantur; in altero oliueto septem necessitates spirituales notantur.

*Lyra ibi.*

Nascuntur malogranata, quæ ordinem, & distinctionem granorum mirabiliter ostendunt, in quibus ordo charitatis demonstratur, quia ordinauit in me charitatem primus diligendus est Deus, vt beatitudinis obiectum, deinde anima nostra, postea anima proximi. Nascitur etiam ferrum, id est, fortitudo sanctorum, per quam mundum contemnunt, diabolum vincunt, carnem macerant, passiones mortificant. Hæc, & alia multa sunt bona, quæ in hac terra inueniuntur, & abundant.

*Vbi supra.*

*Psal. 105.*

Sed vix illis, de quibus dicitur: *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Bene desiderabilis, super sceptras, & coronas Regum, bene desiderabilis super aurum, & topatium, & dulcior super mel, & fauum. Filij Ruben, & Gad non intrauerunt in terram Promissionis, sed aliorum pecorum causa ultra Iordanem remanserunt. Sic multi istam terram non attingunt, quia in alendis pecoribus, id est, pascendis sensibus in delectationibus carnalibus occupantur, & vt filius Prodigus in siliquis porcorum delectantur.

*S. Bernard.*

Sed valde notandum est, quod intra terram Promissionis remansit Chanaanæus, ait enim Moyses: *Habitabit Chanaanæus in medio Ephraim tributarius.* Si inimicus est intra terram istam quomodo potest esse secunda conscientia? Quomodo in tantis delitijs exultare? Quomodo affluere lacte, & mele diuinæ consolationis, si intus habet inimicum turbantem, & persequentem? Attende mysterium, nota Sacramentum. Chanaanæus populus Gentilis, vitium designat (ait sanctus Gregorius) & sæpè magnis virtutibus terram Promissionis ingredimur, quia spe intima de æternitate roboramur. Sed dum inter acta sublimia, quedam parua vitia retinemus, quasi Chanaanæum

*Luce 16.*

*Ioseph 16.*

*S. Gregor. in glossa ibi.*

vi-

viuere in terra nostra, id est, conscientia pura concedimus. Qui tamen tributarius efficitur, quia ipsum vitium, quod subiugare non possumus, ad vsum nostræ humilitatis vtiliter retorquemus. Vnde bene iterum dicitur: *Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret Israel in eis.* Ad hoc quippè quædam vitia nostra parua retinentur, vt sese nostra intentio sollicitam semper in certamine exerceat: vt eò de victoria non superbiat, quò viuere intra se hostes conspiciat, à quibus adhuc vinci formidat. Israel ergo reseruat hostibus eruditur, quoniam in quibusdam minimis vitijs elatio nostræ virtutis comprimitur, & in paruis sibi resistentibus discit, quòd maiora ex se non subijcit. Hæc sanctus Doctor.

*Iudicum. 3*

*S. Gregor.*

Sanctus Bernardus, licet habebat conscientiam puram, & melissuam, intra se sentiebat istum Iebusæum dicens, quantumcumque in corpore manens profeceris, erras si vitia putas esse mortua non magis compressa: velis, nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus, subiugari potest non exterminari. Sicut enim Deus concupiscentiam adhuc patitur ad humiliandum nos viuere in nobis, & grauitè affligere nos, vt sentiamus quid gratia præstet nobis, & semper ad auxilium eius recurramus: sic in istis minimis peccatis venialibus pia Dei dispensatione nobiscum agitur, vt non penitus auferantur, sed in illis nos exerceat Deus, vt eum minima cauere non possumus, certi sumus quod non in nostris viribus maiora superamus. Semper timidi, & solliciti sumus, quomodo eius gratiam non amittamus, quam nobis tam multipliciter necessariam esse sentimus. Hæc sanctus Bernardus.

*S. Bernard.*

*in cap. 7. ad*

*Roman.*

*Ibi Lyra.*

Istum Iebusæum etiam intra se sentiebat sanctus Paulus (qui aliàs gloriabatur dicens gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ) quando exclamabat: *Vitæ deo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Hæc lex repugnans est fomes, qui regnat in nobis post peccatum prima parentis: & lex membrorum repugnat legi mentis, dum caro concupiscit contra spiritum, & spiritus aduersus carnem. Et rectè dicitur fomes lex, quia legitime factum est, vt qui non obediuit suo superiori, ei non seruiat suum inferius. Id est, quia ratio non obediuit

*2. Corint. 2.*

*Ad Rom. 7.*

# PRIMA ANNOTATIO.

*Gloss. & Lyra.*

Deo caro insurgat aduersus rationem. Lex in membris ait in oculo ad concupiscendum, in aure ad vanitatem, & curiositatem, in cæteris similiter ad malum. Quia sensus, & cogitatio hominis prona sunt ad malum. Quis ergo liberabit me de corpore mortis huius, id est, de dominio carnis. Non lex, non vires proprie, sed gratia Dei per Iesum Christum.

*Gloss. ordin.*

Fomes est à quo primi motus nascuntur: in reatis non est culpa, sed poena, & exercenda virtutis materia: in futura ab eo liberabitur homo, quia reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ: pia Dei dispensatione remansit in nobis, vt in exercitio virtutum militemus, & meritorum clementia cumulamus. Sic dictum est Paulo, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.

*Baldwinus  
exemplū mi  
nabile.*

Et nota quod indisciplinati motus in corde, vel corpore, sunt sicut latratus canis, qui molestus est viatoribus, magis latratu quam morsu: latratus enim sunt molesti, & suspecti, morsus noxii: latratus valent ad custodiam, & cautelam. Nam sensualitatis latratus interdum pro nobis latrant, non contra nos, Deo ita disponente, vt ad vigilandum excitentur, ne vaquam dormiamus in morte, quod si canes latrant circa domū, nūquid non possidemus in paces terrā nostram lacte, & melle manantem? Immo possidemus, licet nondum omnino, vt volumus, sed vt pro tempore possumus: in Regno pacis latruaculi inveniuntur, sed deprehensi suspenduntur, aut alijs supplicijs addicuntur.

*Genes. 41.*

De sancto Ioseph dicit Scriptura: *Absque imperio tuo non mouebit quisquam manum, aut pedem in tota terra*

*Ricardus.*

*Aegypti.* Magnum iusti imperium (ait Richardus) omnes rebeles animæ posse reprimere motus, & ab actu cohibere, quamuis nec dum possit omnes penitus delere, & in Regno suo pacem plenariam reformare: Quamuis itaque nō possit omnes pacis aduersarios extinguere, magnum tamen est, si nulli liceat, sine eius imperio manum, aut pedem mouere. Hoc totum de peccatis venialibus est intelligendum, siue quibus humana natura transigere non potest, ait Lyra, saltem de communi cursu: quæ si iu-

*Lyra.*

stus committat, perspicuum est, quod gratiam non amittat, quia scriptum est: *Septies in die cadit iustus.* Vbi Casianus, quid aliud est cadere quam peccare? Sed multum interit inter peccatoris, & iusti lapsum, aliud est peccare mortaliter, aliud est cogitatione, quæ peccato non caret præueniri, vel ignorantia, vel obliuionis errore, vel facilitate sermonis offendere, aut ad punctum à Fide Catholica aliquid excitare, aut subtili quadam xenodoxia titillatione pulsari, aut necessitate naturæ aliquantisper recedere. Hæc sunt septem genera lapsum, in quibus iustus licet cadat; iustus tamen esse non desinit. Ita Casianus.

*Prover. 24*

*Casianus subtiliter.*

ANNOTATIO SECUNDA.



Tiam nota, quod bona, & secura conscientia, (quam Esangelicus Prædicator in primis debet habere) non solum dicitur terra Promissionis lacte profluens, & melle, sed etiam dicitur Paradisus deliciarum. Quia sicut Paradisus à Philosophis, & Doctoribus ponitur in parte Australi post Meridiem, unde illud; *Dea ambulabat Nomina ad auram post Meridiem.* Illud post Meridientem intelligitur ratione loci, non temporis. Et constat (vt Ptholomeus affirmat) quod illa pars est caput, & vertex mundi, & in illa parte. Astra sunt maiora, lucidiora, nobiliora, & perfectiora, ex quorum influentijs Paradisus redditur felicior, & melior, & per consequens abundantior, & fecundior. Ita bona, & secura conscientia semper situatur ad partem Australem semper erigitur, & extenditur ad interiora Austri (vt sanctus Iob ait) interiora Austri sunt, vt ait sanctus Gregorius, occulti Angelorum ordines, & secretissimi celestis patriæ sinus, quos implet calor Spiritus Sancti, vbi animæ Sanctorum quasi Austri abditis occultantur. Vel interiora Austri sunt Spiritus Sancti charismata, & diuinæ essentiæ perfectiones, & attributa, ad quorum contemplationem Sanctorum animæ semper extenduntur, vt David ait: *Oculi mei semper ad Domum*

*Jacob. de Valentia in Ps.*

*71.*

*Genes. 3.*

*Ptholomius*

*Iob 9.*

*S. Gregor.*

*Psalm. 24.*

# SECUNDA ANNOTATIO.

*Psal. 13.*  
*Sapientia 5*  
*S. Bonauēt.*  
*in vita san-*  
*cti Frāciscei.*  
*num.* Iterum: *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo*  
*semper.* Iterum: *Cogitatio eorum apud Altissimum.* Et si-  
 cut in illa Paradiso stellæ sunt maiores, & lucidiores, ita  
 in Paradiso nostra, id est, secunda cōsciētia influētię diuinę  
 ampliores inueniuntur. Quia vt sanctus Bonauentura ait,  
 superę contemplationis dulcedine abundantius solito  
 eorum animæ superfunduntur, & cœlestium desideriorū  
 ardentiori flamma succenduntur, & supernarum immissio-  
 num cumulatius dona experiuntur, ex quibus ista Para-  
 disus tantis gratiarum, & donorū fructibus semper abun-  
 dat.

*Canticor. 4.*  
*S. Gregor.*  
 Hoc mysterium Sponsa bene sentiebat quando dice-  
 bat: *Surge Aquilo, veni Auster perfla hortum meum, &*  
*fluent aromata illius.* Aquilo iuuetur, vt surgat, ait san-  
 ctus Gregorius, vt nimirum is, qui mortalium corda re-  
 stringit, aduersarius spiritus fugiat. Auster verò venit, &  
 hortum perflat, vt eius aromata diffluant, quia per ad-  
 ventum Spiritus Sancti, dum mens hominum repletur,  
 ex ea mox opinio virtutum aspergitur, vt iure sanctorū  
 lingua quasi hortus perflatus dicat, Christi bonus odor  
 sumus Deo. Quia ergo sanctorum mens ad Austrum ex-  
 tenditur spiritus perflat, & aromata cœlestium donorū  
 abundantius percurreunt.

*Genes. 2.*  
 De Paradiso dicitur, quòd *ascendebat fons de terra ir-*  
*rigans vniuersam superficiem terræ.* In ista Paradiso secu-  
 ra conscientię ascendit fons, id est, gratia Spiritus San-  
 cti irrigans faciem terræ, id est, conscientię. Quam irriga-  
 tionem à Spiritu Sancto faciendam petebat, qui dice-  
 bat: *Emitte spiritum tuum, & creabuntur, virtutes, scili-*  
*cēt, & dona, & renouabis faciem terræ,* id est, conscien-  
 tię meę, & propriè dicitur fons ascendebat. Quia natu-  
 raliter aqua tantum ascendit, quantum descendit. Et  
 Spiritus Sancti aqua de throno Dei, & igni descendit, &  
 ad illum ascendere facit: vt Christus Dominus dicit: *Aqua*  
*quam ego dabo ei fiet in eo fons aquę salientis in vitam*  
*eternam.* Nota salientis, id est, salire facientis vsque ad  
 thronum Dei vnde descendit.

*Psal. 103.*  
*S. Vinc. Fer-*  
*rer.*  
*Ioann. 4.*  
 Ille fons in quatuor flumina diuiditur. Quatuor flumi-  
 nibus (ait sanctus Gregorius) de Paradiso egredienti-  
 bus

*S. Greg. cita-*  
*tur in Glossa*

bus terra irrigatur. Quia solidum nostræ consciëntiæ ædificium: prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia continent: quia his quatuor virtutibus, tota boni operis structura confurgit. Quatuor flumina Paradisum puræ consciëntiæ irrigant, quia dum istis quatuor virtutibus cor infunditur ab omni desideriorum carnalium æstu temperatur.

In illa Paradiso, *In medio erat lignū vitæ*, quod Christum significat, qui de nostro florido Paradiso loquens ait: *In me manet, & ego in eo*, id est, in corde eius. Fructus huius ligni sunt fructus redemptionis, & gratiæ in presenti, & fructus gloriæ, & exultationis in futuro. Fructibus redēptionis, & gratiæ iustus in hac vita pascitur, & delectatur, fructibus gloriæ in æterna sine fine pascendus. Vel fructus huius ligni sunt, ut sanctus Bernardus dicit, eos sic numerandō. *Largus ille dispensator* carnem suam dedit in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium, vulnera in remedium, brachia in refugium, crucem in clypeum, cor in amorem, aquam in balneum, sudorem in medicamentum, clauos in falsamentum, coronā spinam in ornamentum, verba in documentum, vitam, & mortem, vtrumque in exemplum. Hi sunt duodecim fructus ligni vitæ; quibus in florido suæ consciëntiæ Paradiso Prædicator deuotus, & iustus pascitur, & delectatur.

Ioann. 6.

Iacob. de Valentia.

S. Bernardus in meditationibus.

Vel lignum vitæ est Spiritus Sanctus, cuius fructus duodecim enumerat Beatus Paulus dicens: *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas*. Quorū sufficientem diuisionem Angelicus Doctor subtiliter facit. Ut scias qualiter te habere debeas erga Deum, erga te, erga proximum. Et breuitatis causa ibi tibi videndam remitto.

Ad Galat. 5.

S. Thom. 2. 2. q. 70. art. in cap.

Et nota, quod (ut sanctus Augustinus docet) in Paradiso erant arbores ne homo exuriret, erant fontes ne sitiret, & lignū vitæ ne eū senectus dissolueret. In isto Paradiso sunt etiam arbores, id est, sanctorū verba, & exēpla, quibus quasi fructibus sancti Prædicatoris secunda consciëntia pascitur, & delectatur, ne carnis delicias, & mundi

S. August. citatur in Glossa.

## SECUNDA ANNOTATIO.

Numar. 11.

S. Greg. habetur in glossa ibi.

di oblectamenta esuriat: sicut illi, qui dicebant: *Quis dabit nobis carnes? Recordamur piscium, quos in Aegypto comedebamus, in mentem nobis veniunt cucumeres, pepones, porri, cepa, & allia, anima nostra nauseat super isto cibo leuissimo, id est, Mannâ. Quod mysteriû sanctus Gregorius sic expendit. Mannâ significat gratiam suauissimi saporis ad refectionem vitæ interioris bene vacantibus desuper datam. Ollæ carniû opera carnalia, pepones, & allia, terrenas delectationes, quæ cum lacrymis comeduntur, quia perkerse mentes dulcia gratiæ per quietem dona despiciunt, & pro carnalibus voluptatibus, laboriosa huius vitæ itinera etiam cum lacrymis plena concupiscunt. Contemnant habere vnde spiritualiter gaudeant, & desiderantes appetunt, vnde carnaliter gemant. Ita sanctus Doctor.*

Jerem. 2.

Psal. 33.

Cantic. 5.

Ioann. 6.

Sunt etiam fontes, ne sitiât, mûdanorum gaudiorum, scilicêt, aquam turbidam, & foetentem. Quia in Paradiso conscientiæ securæ fluit fons vitæ torrens voluptatis, fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt cum impetu de Libano. Diuinitatis, scilicêt, in humanitatem Christi, & de humanitate in Ecclesiam, & in animam sanctâ, cuius emissione sicut Paradisus. Est etiam lignum vitæ, ne eum senectus dissolueret. Lignum vitæ Christus Dominus est, qui de se dicit: *Ego sum panis viuus, qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Hic viuit per gratiam, postea in æternû, quia nec senectus, nec mors hoc vinculum mirabilis connexionis dissoluere valent.*

Genes. 3.

Ad Galat. 5.

Iacob. de Valent. in Psal.

142.

Et attende, quod in altera Paradiso erat lignum sciëntiæ boni, & mali. Quod sic dicitur (ait sanctus Augustinus, quia primi parentes per experientiam didicerunt, quid sit inter bonum, quod amiserunt, & malum, quod incurrerunt. Et loco illius arboris diabolus plantauit concupiscentiam in sensualitate nostra, cuius fructus sunt superbia, inuidia, ira, auaritia, & luxuria, & alij plures, quos sanctus Apostolus ad Galatas scribens enumerat. Et eandem ordinem seruat diabolus tentâdo omnes homines, quem tenuit tentando primos parentes. Nam ibi primo tentauit. Euan incipiêdo à parte fragiliori, postea

SECUNDA ANNOTATIO. 85

Eua tentavit Adam, & Adam consentiens mulieri, comedidit fructum vetitum, & peccatum fuit consummatum, & mors intravit in orbem terrarum. Ita pariter diabolus primò mouet sensualitatem in homine, obijciens illi aliquid apparendum bonum, vel delectabile, vel utile, & tunc sensualitas suadet voluntati, & rationi, vt sequatur, & admittat. Si autem voluntas rationalis consentit sensualitati, tunc peccatum est consummatum, & precipitat hominem in mortem anime spirituales, & manet spiritus anxius, & conturbatus.

Sed vide Dei clementiam, & nimiam erga nos charitatem, quia semel Adam Eua consentiens, pomum gustavit, & a Paradiso est eiectus nunquam in illum iterum introducendus. Sed posuit Dominus Angelum in gladio igneo versatili, vt impediret illi ingressum ad lignum vitæ, ne forte sumeret, & viveret in æternum. Sed nos si vel occasione mundi, vel carnis fragilitate, & dæmonis suggestionem, huius arboris prohibite, id est, sensualitatis fructus comederimus, mortaliter peccando, & huiusmodi Paradisum, id est, consciëntiã purã amiserimus, ad illã iterum atque iterum introduci possumus, & illam recuperare per pœnitentiam valeamus: quæ (testante sancto Chrysostomo) peccata delet, virtutes recuperat, & Paradisum restituit. In signum huius dicitur, quod positus est gladius versatilis ante Paradisum. Quia manente peccato mortali, non est reuersio ad Ecclesiam, vel consciëntiam secundum meritũ. Sed versatilis nominatur, quia si vera pœnitentia sequatur, homo secundum meritum ad eam reuertitur, & introducitur: *Quia volo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat.* Conuertatur inquã in Paradisum voluptatis, & viuat. Comedendo ex fructibus ligni vitæ, & aliorũ arborũ se suauitate delectando. Hæc enim de Paradiso voluptatis dicta sunt. Sed heu, heu! quia multi inueniuntur, qui malunt super flumina Babilonis sedere, quam inter flumina Paradisum irrigantia deambulare. Malunt commercari in lacu miseriarum, quam in loco voluptatis delectari. Malunt in vitiorum voluptatibus reuolui, quam malis stipari, & floribus fulciri. Malunt inter spinas, & tribulos cruentari,

*Eleganter,  
& deuote.*

*Genes. 3.*

*Lyra ibi in  
scasis missi-  
co.*

*S. Chrysost.*

*Ezech. 18.*

*Psal. 139.*

*Psal. 39.*

*Cantic. 2.*

# TERTIA ANNOTATIO.

*Hiere n. 7.*

*Canticor. 3.*

quam inter lilia pasci. Malunt cum Moab requiescere in fœcibus suis (nam esse sub spinis delicias putabant) quam inter flores virtutum sponsum præstolari. Donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Aspiret dies æternitatis, & inclinentur umbræ mortalitatis.

## ANNOTATIO TERTIA.

*Psalms. 10.*



**N** Qua demonstratur quomodo Prædicator Euangelicus, non solum debet esse terra Promissionis, & Paradisus voluptatis, sed etiam debet esse quasi alterum cœlum Imperium in terra.

*Isaia.*

*Sapientia 2.*

*Psalms. 18.*

*Apocalip. 21.*

*Prouerb. 8.*

*Sapientia 7.*

*Psalms. 84.*

*Communis doctrina Sæclorum.*

Nam si Dominus in cœlo sedes eius, & si Dominus in cœlo parauit sedem suam: iam etiam dicit, cœlum, & terram ego impleo, & terra scabellum pedum meorum. Et si dicit cœlum mihi sedes est, etiam anima iusti sedes est sapientiæ. Si in sole posuit tabernaculum suum, ecce iam tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis. Et si dicit, in cœlo misericordia eius, & cū Angelis gaudium eius, & lætitia, iam etiam glorianter cantat, & lætitiæ meæ cum filiis hominum. Si in cœlo parauit thronum suum, iam diuina sapiëntia in terra ædificauit domum, & excidit in ea columnas septem, septem virtutibus eam ornando, & septem Spiritus Sancti donis roborando. Et si aliquando Dauid dixit, & super cœlos gloria eius, iam nobis cantat, propter salutem eius, vt in habitat gloria eius in terra nostra, id est, in terra corporis nostri.

Anima enim iusti, & sancti Prædicatoris sicut cœlum habet magnam capacitatem: quia totius Trinitatis domicilium. Quia dicit Ioannes ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Habet claritatem, quia nitet splendore virtutum, & implet splendoribus animam suam. Habet sicut cœlum firmitatem, quia donis Spiritus Sancti roborata, dicit cum Dauid, non mouebor in æternum, & si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Habet etiam sicut cœlum pulchritudinem cælestem, vt vere dicamur, cuius pulchritudinem Sol, & Luna miratur.

*Psalms. 116.*

Ha.

Habet incorruptibilitatem, quia secure dicit gratia tua Domine pręueniet me, & subsequetur me omnibus diebus vitę meę. Eam, scilicet a corruptione peccati pręseruando. Habet tandem agilitatem, sicut cęelum, quia non solum viam mandatorum cucurrit, sed semitas consiliorum euolando transiit in arduis ponens nidum suum, id est, in altissimis Trinitatis montibus, & Angelorum collibus requiesciens.

*Iob. 40.*

Cęelum Impyreum statim, vt creatum est, repletum est Angelis, qui in tribus Hierarchijs distinguuntur, hoc etiam cęelum tribus honorum cęlestium generibus impletur, scilicet, virtutibus, gratijs, & donis. Hoc cęelum virtutes ornant, gratię sanctificant, & dona perficiunt. Est ergo anima sancta, vt sanctus Bernardus ait, cęelum habens Solem intellectum, Lunam voluntatem, & Stellas virtutes. Stellę in nocte lucent, in die non apparent. Sic vera virtus semper in prosperis non claręscit, in aduersis nitet. Ergo virtus est sidus, & homo virtutum, cęelum Stellatum. Ita sanctus Bernardus.

*Contęplatio S. Vincent. Ferrer.*

*S. Bernard. serm. 27. in Cantica.*

In cęlo sacrificium laudis semper offertur a sanctis Angelis dicentibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. & in sæcula sæculorum laudabunt te Domine. In corde iusti, & sancti Prędicatoris similiter cantatur: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* In illo corda Sanctorum diuini ignis ardore semper flammescunt, in isto cęlo, id est, in corde sancti Prędicatoris diuini ignis amor semper ardere debet, sicut scriptum est: *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies.* Altare est cor iusti in quo debet offerri semper sacrificiũ deuotionis, & orationis, in quo ignis charitatis debet semper ardere, per feruorem diuinę dilectionis. Sacerdos est Spiritus Sanctus, sic dictus, quasi sacra dans. Ligna sunt diuina beneficia, vel Sanctorum exempla, ad Dei, & proximi dilectionem inflammantia: quę Spiritus Sanctus offert in altari cordis nostri, illa ad memoriam reuocando, sicut dicit Christus Dominus, Spiritus Sanctus docebit, & suggeret vobis omnia.

*Psal. 33.*

*Psal. 33.*

*Leuitici 6.*

*Lyra, & Glossa.*

In cęlo Ioannes clamat: *Angeli habentes citaras in Ioann. 16.*

# TERTIA ANNOTATIO.

*Apoc. 11. p.*  
14. & 15.  
S. Gregor.

S. Chrysostomus.  
*super Psal.*  
150.

*Psal. 30.*

S. Leo Papa  
*serm. 8. in is.*  
*inno. x. men.*  
*fit.*

*Ad Philip.*  
3.

*Gloss. ordin.*

*Eleganter,*  
*& deuote.*

*Psal. 125.*

*Ad Philip.*  
4.

*manibus suis cantabant canticum novum ante sedem Dei,*  
*& Agni. Sanctus, & deuotus Prædicator cithara spiri-*  
*tualis redditur (ait sanctus Gregorius) quando sensus ab*  
*illicitis retrahens, & ita vnus spiritus est cum Deo, vt ab*  
*eius voluntate, nec corde discrepet, nec ore difonet, &*  
*opere. Sic homo citharæ spiritualis, ait Chrysostomus. Ho-*  
*mos canticum cœlestium conscientie imitetur affectu,*  
*sic facit homo citharam ex omni parte decoram, cœlesti*  
*placituram auditui. In qua canebat Dauid quando dice-*  
*bat: Conseruebor tibi in cithara Deus meus. Iterum: Psal-*  
*lam tibi. Deus in cithara sanctus Israel.*

In cœlo sancti absconditi sunt in abscondito faciei Dei  
à perturbatione hominum, & quiescunt à laboribus suis  
sedentes in pulchritudine pacis, & requie opulenti. Si-  
militer anima deuoti Prædicatoris in isto cœlo securus, &  
puræ conscientie, vt Leo Papa ait, à cupiditatibus sæcu-  
laribus sæpè libera, vt in aula mētis diuinæ possit vacare  
sapientiæ, vbi omni strepitu terrenarum silente curarum,  
in meditationibus sanctis, & delitijs letetur æternis.

Sed nota, quòd (vt Theologi d'aceant) gloria est gratia  
cōsumata, & gratia est gloria inchoata. Iusti semper sunt  
aspirantes ad illam, semper proficientes in melius, semper  
eūtes de virtute in virtute, sciētes illud faciatur cū ap-  
paruerit gloria tua. Vnde ille, qui pro illa abundantius  
omnibus laborauit dicebat: *Vnum autem, quæ retro sunt*  
*obliscens, ad ea verò, quæ sunt priora extendens me ipsum*  
*ad destinatum persequor ad brachium supernæ vocationis*  
*Dei.* Nota, quæ retro sunt, id est, diuitiæ, honores, & de-  
licie omnia hæc obliuiscens post tergum habens, & vt ster-  
cora arbitrans. Ad ea quæ sunt priora me extendens, id  
est, ad bona cœlestia, quæ sunt priora tempore, valore, &  
dignitate: me extendens per vehemens desiderium, pe-  
dum summitates tantum in terra habens viquequo bra-  
chium æternam consequar. Nam stantes erant pedes no-  
stri in atrijs tuis Hierusalem. Pedes nostri, id est, affe-  
ctus nostri eleuati ad atria cœlestia contemplanda.

Ad istam gratiam consumandam, & æternæ vocatio-  
nis brachium consequendum sanctus Paulus nos exhor-  
tatur, dicens: *Gaudete semper, iterum dico gaudete. Gau-*  
*de-*

dece, ait sanctus Bernardus, in exhibitione gratiæ, gaudete in promissione gloriæ. Quoniam, & res plena gaudio, & spes gaudio plena est. Gaudete, quia iam percipiſtis dona ſiniſtræ, gaudete, quia expectatis gaudia dextere. *Leua*, inquit, ſub capite eius, dextera altius amplexabitur me. *Leua* enim leuat, dextera ſuſcipit. *Leua* medetur, & iuſtificat, dextera amplectitur, & beatificat. In *leua* eius merita, in dextera verò premia continentur. In dextera delitiæ, in ſiniſtra medicinæ. Hæc ſanctus Doctor.

*S. Bernardus  
meliflue loquitur.*

Vt quid Chriſtus aſcendit in montem, vt transfiguraretur? ait ſanctus Bernardus, niſi vt doceret nos, in monte ſpei mente transfigurari ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. *Fœlix* cuius meditatio in conſpectu Dei ſemper. Qui in corde ſuo, delectationes dextere Domini ſedula cogitatione reuoſuit. Quid illi tam graue videri poterit, qui iugiter mente tractat, quòd non ſunt còdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis? Quid concupiſcere potest in ſæculo nequam? cuius oculus ſemper videt bona Domini in terra viuentium. Quæ non delectat ſententia Petri dicentis? bonum eſt nos hic eſſe. Quid tam bonum, quàm animam in bonis demorari, ſiquidẽ corpus nõ potest? (Vos ergo filij excelsi, & dii fortes vehementer eleuati ſuper terram, qui vt diximus eſtis terra Promiſſionis, & Paradifus deliciarum, & ad inſtar cœli Impyreï virtutibus quaſi ſtellis debetis vadequaquẽ fulgere). Vos inquam exonerate corda veſtra graui mole terrenarum cogitationum, & leuate ea ad illam gloriã, quã in monte ſpei contemplamur. Circuite chariſſimi cum deuotionis hoſtia, viſitantes animo multas, & diuerſas, quæ in domo Patris, ſupernas maſſiones ſunt. Humiliter proſternentes corda veſtra ante ſedem Dei, & Agni, cum reuerentia ſupplicantes ſingulis Angelorum ordinibus, Patriarcharum numerum, cuneos Prophetarum, & Senatum Apoſtolorum ſalutantes, ſuſcipientes coronas Martyrũ, purpureis rutilantes floribus, & redolentes lilijs choros Virginum admirantes: ad meliſſimum noui cantus ſonum quantum præualet infirmitas carnis erigentes audituẽ.

*S. Bernardus  
in ſerm. quẽ  
fecit de monte  
ſpei.*

*Valde dulcis, & ſalutiferus deſiderium ad Predicatores Euãgelicos dirigitur.*

# TERTIA ANNOATIO.

Hæc recordatus sum (ait Propheta) & effudi animã meã, quare? quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domũ Dei. Memor fui Dei, & gloriæ eius, & delectatus sum. Hæc sanctus Bernardus.

*S. Bernard.  
explicans il-  
lud, si ego nõ  
abiero Para-  
ditus nõ ve-  
niet ad vos.*

*Ioann. 14.*

Quomodo ergo ista mysteria contemplari, & Paradisiluius diuitias, & delicias gustare poterit, phantasticis quibusdam illecebris deditus? scetans lenocinia carnis suæ: carnis vtique, ait sanctus Bernardus, peccatricis genitæ in peccatis assuetæ peccatis, in qua denique bonum non est. Quomodo qui huic sterquilino semper inhæret, qui carnem fonet, in carne seminat, carnem sapit, poterit illam consolationem supernæ visitationis, torrentem voluptatis, illam sperare gratiam, quæ mundis corde promittitur? Errat omnino, si quis cœlestem dulcedinem huic cineri, diuinum balsamum huic veneno, charifinata illa Spiritus Sancti misceri posse huiusmodi illecebris arbitratur. Domanda est igitur caro, quia cum caro restringitur, spiritus ad cœlestia eleuatur.

*Proverb. 4.*

*S. Bernard.*

Quapropter, vt hanc puritatem conscientiæ consequaris attentè nota consilium Spiritus Sancti: *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Castrum cordis omni custodia est seruandum, ait sanctus Bernardus, quia in terra inimicorum vndique impugnatur, ideo ex omni parte est muniendum. Inferius impugnatur, superius, inferius, ante, retro, à dextris, & à sinistris. Inferius impugnatur à carnis concupiscentia, quia caro concupiscit aduersus spiritũ. Superius, quia imminet iudicium Dei, & horribile est incidere in manu Dei viuientis. Retro mortifera delectatio ex memoria peccatorum præteritorum. Antè instantia tentationum. A dextris, per prospera. A sinistris, per aduersa. Ergo contra carnem vigilet rigor disciplinæ. Contra iudicium Dei iudicium cõfessionis, & hoc sit duplex, scilicèt, occultum de occultis, & manifestum de manifestis. Quia si nos metipfos iudicaremus, nõ vtique iudicemur. Quia cessat diuina vindicta, si præcedat humana iustitia. Contra delectationem peccatorum præteritorum, lectiõnis frequentia. Contra inuasionem tentationis, orationis in-  
habilita. In prosperis temperantia seruetur. In aduersis for-

## QUARTA ANNOTATIO. 85

fortitudo teneatur. Sic enim faciens terra Promissionis, & Paradisus deliciarum ostenderis, & adinstar cœlum in terra apparebis.

## ANNOTATIO QUARTA.

*De tribus animæ inimicis, diabolo, carne, & mundo restat dicendum.*

*Et primum de diabolo.*

**D**atum est de virtutibus, quibus Prædicatores Evangelici debent ornari, & muniri, ut debitè, & sanctè Dei verbum annuntiare valeant, & contra peccatores, & peccata spiritu, & feruore tonare possint. Restat dicendum de tribus animæ inimicis, diabolo, carne, scilicet, & mundo, quibus sermo diuinus aduersatur, & Prædicatores similiter in eos inuehi, & insurgere tenentur, semper illos insectos habentes, de quibus pauca licentur, & primo de diabolo.

Qui attentè contemplatus fuerit, quam multa sunt pericula, quæ innumerabiles hostes, & fortes adsint, qui hominem miserum circumdant, & ex alia parte perspererit magnam ignauiam, & securitatem falsam, in quibus homines degunt, vehementer certè mirabitur, & tantarum perditionem animarum sanguineis lacrymis deplorabit. Interfectorum innumerabilium, nõ in corpore, sed in anima, miserabile excidium contremiscens. Vere cum Hieremia clamare coarctabitur dicens: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filie populi mei.* Quia tanta sunt mala, ait Glossa, ut omnem dolorem sua vincant magnitudine, exemplum dedit Prælati lugendi peccata subditorum. Quomodo possunt esse sine lacrymis, ait sanctus Chrysostomus, cum videant quotidie tot Christianorum animas usque ad infernum cadentes? Cum

*Hierem. 9.*

*Gloss. ordin.*

# QUARTA ANNOTATIO.

*Exemplum.*

Cum Dux fortis castrum sibi commissum, vnde qua que multis, & fortissimis inimicis circumdatum videt, non dormit neque quiescit, nec comedere, nec bibere sinitur, inimicorum irruentium timore, & tremore stupefactus. Quomodo homines tam segniter viuunt? in delitijs, & vitijs degentes, presentia solum aspicientes, futurorum prorsus oblitici. Inter basiliscos infernales, commorantes. Inter dracones, & leones uigiles pręparatos ad escam, viuentes. Quis non miretur? quis non horrescat? tantis periculis, tantisque malis homines circumdari videns? nā vt Christus Dominus docet: *Ex corde exiunt cogitationes male, homicidia, adulteria, furti,* & innumera huiusmodi mala, quę miserum hominem semper infestant. Quę spatia terrarum, ait sanctus Chrysologus, quę magnitudo urbium, quę latitudo regionum, tot hostes ferre, tot capere inimicos, quot vitia, quot crimina humanos capiunt sensus, corda hominum patiuntur? ad vnā uenient heu tot genera bestiarum? quid ad vnā columbam tot aquilę, vultures, tot voraces, & tanta congeries auium sordidarum? hęc Propheta senserat cum dicebat, *circūdederunt me mala, quorum non est numerus. Et repleta est malis anima mea. Foris pugna, intus timores. Inimici scilicet, in penetralibus degentis, id est, fomitis.*

*Matth. 15.*

*S. Chrysol. mirabiliter.*

*2. Petri 5.*

*Glossa.*

*Ad Ephes. 6.*

Contra tanta pericula, & tot hostes, gloriosi Ecclesię Principes vigilare nos admonent: dicit enim sanctus Petrus: *Fratres sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens, quę deuoret.* Circuit explorans vniuscuiusque inclinationem, vt laqueos tentationis apponat: cui resistere fortes in fide, quę viriliter certantibus premium repromittit æternum, & miserabiliter succumbentibus supplicium minatur sempiternum. Et Beatissimus Paulus nos exhortans dicit: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem solum, videlicet sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores, tenebrarum hęc, aduersus spirituales nequitijs, in cęlestibus.* Nota quatuor de istis inimicis. Primum, naturalis illorū fortitudo, quia spiritus, qui remanserunt in aere ad nos exercendum. Secundum, potestas, quia Principes, & Potestates. Tertium, astutias,

## QUARTA ANNOTATIO. 89

tias, & diuersas fallendi artes, quia nequitias spirituales eos nominando. Quartum, aduerte locum vnde contra nos pugnant, quia in coelestibus. Vnde faciliter nos vincunt desuper pugnantes. Vbi sanctus Chrysostomus notauit dicens: Non hic æs, non ferrum, non equi, aut curus rotæ, aut ignis, aut iacula, quæ cernimus, sed alia machinamenta longe terribiora istis, quæ diximus. O si excidia, & strages videremus, quæ quotidie in hominibus faciunt! Non enim videremus sanguinis riuos, aut mortalium cadavera, sed animas innumeras mortalibus interfectas vulneribus, tanto maioribus, & grauioribus, quanto animæ corporibus præstant.

*Nota attente.*

*S. Chrysost. in hæc verba tom. 4.*

Attentè nota, atequã diaboli versutias aperiamus, in hoc inferiori mundo tres esse respublicas, ciuilem, Ecclesiasticam, & diabolicam: in ciuili, sunt Magistratus, Senatus, Rectores, & Governatores. In Ecclesiastica, sunt Concilia, Synodi, Episcopi, Prælati, Prædicatores, Præbyteri, & alij ministri inferiores. In diabolica, est Lucifer, Rex super omnes filios superbiæ. Et alij ministri inferiores de diuersis vitijs tentantes, vt Asmodeus de luxuria, Mammon de auaritia, de ira, de rancoribus, de immundis cogitationibus Beelzebuth, Belphegor de gula, Baalim de pigritia: omnes in perniciem nostram diuersa officia exercentes, in conuenticulis suis tractantes: tu insidiaberis Sacerdotibus, tu Episcopis, tu Monachis, tu plebeis, tu foemias iacitabis ad rixas, & superfluum sæculi ornatum, tu nobiles ad luxum, arrogantiam, vanitatem, & mundi fastum: alios ad furta, homicidia, adulteria, rixas, & odia. Hæc, & alia multa in suis concionabulis tractant: *Narrantes, vt abscondere laqueos dixerunt, quis videbit eos? Iterũ: Iuxta iter posuerũt scãdalũ mibi. Iuxta iter proprię inclinationis vnus cuiusque. Iterum: In via hac qua ambulaba, absconderunt laqueum mibi.*

In via inclinationis vnus cuiusque, qua ambulabam, vel ad honores, vel ad diuitias, vel ad delicias, ibi posuerunt laqueum damnationis. Non vna species pugne omnibus parata est, sed bellum varium, & multiplex. Ait sanctus Chrysostomus.

*Doctrina notanda.*

*Psalms. 63.*

*Psalms. 139.*

# QUARTA ANNOTATIO.

## De diaboli potentia.

Magna est eius potentia, sicut scriptum est: *Non est potentia super terram, quæ valeat ei comparari. Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt lapides fundæ, quasi paleam stimabit maleum, & irridebit vibrantem lanceam, super omnem munitionem ridebit. Portabit agerem, & capiet eam.* In quibus verbis dæmonis potentia, & superbia notantur. Quia lanceam orationis, & maleum meditationis, lapides fundæ, id est, altæ contemplationis, viri sagittarij, id est, cõtemplatiui, irridet, quia quasi stipulam, & paleam eas reputat. Irridet etiam super omnem munitionem virtutum, quia portãdo agerem, id est, tentationem fortem, capiet eam, scilicet, animam, vt videmus in Adãm, David, & Salomone, & alijs multis, de quibus legimus, eleuati sunt, & ceciderunt. Eleuati in altitudine virtutum ceciderunt in baratrũ vitiorum. Ideo ait sanctus Paulus, qui stat, videat, ne cadat.

*Sternit sibi aurum quasi lutum, id est, iustum. Quia vi tentationis iustos solet prosternere: Et quasi lutum concoulcare solet, hinc ei venit arrogantia, & præsumptio iustiorum viuendi: Ecce absoruebit fluiuium, id est, peccatonem, & non mirabitur, & habet fiduciam quod Iordanis instuat in os eius, id est, iustus, quia vt Oseas propheta ait: *Elsa eius elects.* Sicut leo animalis cor præripere cupit, sic diabolus sanctiores inuadit, & eius teatationes maxime in sanctificatis grasantur. Ait Hilarius.*

De diaboli potentia etiam Isaias loquitur dicens: *Non est deficiens, nec laborans, non dormitabit, neque dormiet. Non soluetur singulum eius, nec rumpetur corrigia calcamenti eius.* Quod sanctus Propheta exaggerare videtur de exercitu Babilonico contra Hierusalem veniente: sed melius de diabolo contra animam præliante spiritualiter intelligendum esse, sanctus Chrysostomus docet dicens: *Diabolus enim quantum ad se nõ cessaret nos tentare, nec habet alium actum, nec exercitium. Non mæducat, nec bibit, nec dormit; non aliud opus operatur:*

Sed

Job 41.

Glos. ordin.

2. Corint. 10

Job 41.

Job 40.

Oseas.

Isaias 5.

S. Chrysost.  
homil. 6. in  
Matth. ope.  
imperf.

Sed ut fallat, & subuertat, hoc eius cibus, hoc honor, & gaudium, propterea infatigabilis est in malo, sed potentia Dei repellit illum, & si permittit nos tentare paulisper, est propter fidem probandam, propter infirmitatē nostram.

*De astutijs, & versutijs diaboli.*

Licet diabolus sit viribus potentissimus, magis debemus timere eius astutias, & fraudulentias quam vires. Hoc enim sacra Pagina insinuat dicens: *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Vbi sanctus Bernardus sic ait: Non est quod vobis timeam (fratres charissimi) à viribus Sathanae, & satellitibus eius, cum nouerim fortitudinem eius per Christi vulnera traductam, & ad nihilum redactam fuisse. A versutijs eius vobis timeo, in quibus partim naturæ subtilitate, partim experientia temporum fragilitatem humanæ naturæ quaque versum se vertit non ignorat. Sic ille infatigabilis homicida, non vrlos non leones, aut fortia animalia terræ elegit, sed tortuosum, & callidum serpentem, qui per tortuosa volumina, nunc caput cauda, nunc caudā capite tegere consuevit. Denique serpens erat non fortior, sed callidior, mentem Eue explorans, sciens non viribus, sed ingenio laborandum, ut per eam hominem à statu rectitudinis deiceret. Ita sanctus Bernardus: calliditatem dæmonis in cōtatione primi parentis tam subtiliter nobis aperuit.

*Genes. 3.*

*S. Bernard.*

Per serpentem intelligitur diabolus (ait Magister Lyra) qui in serpente loquebatur. Bene dicitur callidior, quia ut Leo Papa dicit: Omnium ventilat curas, discutit consuetudines, animos scrutatur, & ibi querit causas nocendi, ubi viderit quempiam studiosus occupari. Propter quod mulierem, id est, appetitam sensitiuum fragilem incitat ad peccandum, & ipse delectatus virum, id est, rationem attrahit ad cōsensum, & consequenter ad operationem vsque ad peccati mortalis consumationem.

*Lyra ibi.*

*S. Leo Papa*

Solet diabolus, ait sanctus Cyrilus, corda piorum prauis cogitationibus detrudere, sed illic magis impellit,

## QUARTA ANNOTATIO.

S. Cyril. Ale  
xadrin. lib.  
29. super Ioa  
nem cap. 16.

vbi per seiplos iaculare perspicit. Voluptate carnis alius laborat, per hanc agreditur. Alius auaritia hinc mat, hunc habendi cupiditate intelligat. Alius superbia tumescit, hunc humanis honoribus adoritur. Nostris affectibus quasi armis nos impugnat, sicut Dux astutus ibi belli instrumenta ponit, vbi vrbs facilius capi potest, ita Sathanas nos per inclinationem naturalem euertit.

Euseb. Emi-  
sen. homil. de  
Paschate.

Has diaboli astutias Eusebius Emisenus tangit cū dicit: Rabid<sup>s</sup> hic draco, rabido, & iahante ore, dentes suos in crucifixum Dominum infigere tentauit, quem vt purū hominem, & sui iuris esse credidit. Ibidem eos diuinitate resistente confregit, & contriuit. Vnde iam edentulus factus, labijs, & sibilo venenoso, id est, suggestionē nos adoritur. Ideo Beatus Paulus eius innumeras versatias cognoscens, ait, timeo ne sicut serpens Euam seduxit, sic corrumpantur sensus vestri, id est, sensus corporis, & animę potentię.

2. Corint. 10

Iob 41.

Diuiditur æstus super terrā, ait sanctus Iob. De æstuationis prosequitur sanctus Gregorius, sic dicens: Prius vniuscuiusque cōplexiones hostis antiquus perspicit, & tunc tentationis laqueos opponit. Alius lætis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus extitit.

S. Gregor.

Psalms. 63.

Et qui tristis in iram facillē labitur tristibus irę, & discordię poculum porrigit. Tepeates terrore, elatos fauoribus trahit. Ideo Dauid, in via hac quā ambulabam absconderunt laqueum mihi. Et iterum narrauerunt, vt absconderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos? quis enim faciem indumenti eius poterit reuelare? quis poterit diuersas fallendi artes eius cognoscere?

Psalms. 139.

Iob 41.

S. Gregor.

### Diuersi modi tentationum diaboli declaranur.

S. August.

Aliquando pœnitentes acernissimo dolore sua peccata flentes, ad acriorem fletum, & dolorem ita inducit, vt vel abundantiori tristitia absorbeantur, vel venię consequendę, aut vitę emendandę desperatione frangantur.

Con-

## QUARTA ANNOTATIO. 91

Contra vero. Aliis hoc ipso ante oculos periculo posito à rationabili poenitentia seueritate terret. Rursus alios magno timore constringit, & quidquid agunt moliantur, & cogitat crimine damnat, atque assiduis conscientia aculeis pungit, & scrupulis tangit horrorem peccati, & inferni periculum vbique representans, vt hoc interna eos pace, & animi tranquillitate, & orationis dulcedine sub timoris prætectu spoliat.

Quosdam verò ita afficit, vt nihil sibi timendum, nihil non audendum putent, dum omnia sibi licere credunt, vt huiusmodi aculeis minime crucientur, quo fit, vt timore Domini vacui, huc atque illuc sine mentis pudore iactentur, de quibus dicitur: *Nisi in timore Domini instanter te tenueris, statim subuertetur domus tua.* Alij magis præcipiti quam prudenti consilio, ad ardua virtutis opera, id est, ad tantam inedia, & carnis mortificationem instigantur, quæ supra vires sunt agresi, vt sub onere ruant, & corporis valetudinem amittant. Alios autem contra, vt hoc periculum fugiant, alieno discrimine sibi cauentes, falsa quadam discretionis specie habenas imperantia laxant, vt inedia hanc, & afflictionem carnis perhorrescant. Rursus alios, quos in virtutum studio feruētiores viderit, ad singularem vitam moresque à communi cursu desidentes valde instigat, quo eos in superbia, & præsumptionis baratrum, & aliorum contemptum deiciat, vt in Phariseo patet dicente: *Ieiuno bis in Sabbo, decimas diuinum, quæ possideo. Sequitur non sum sicut ceteri hominum raptoris, homicidæ, adulteri, velut etiam hic Publicanus, sed suæ præsumptionis, arrogantia periit, & Publicanus iustificatus descendit.*

Alios verò diuerso modo ita pervertit, vt non solum conuersationem ceterorum laudabilem, sed communem, & licentiam, & corruptos mores sequi faciat, vt etiam inter alios scurrilitatem agere non erubescat. Item cum aliquando pium hominem secunda aura nauigantem, & diuinæ dilectionis dulcedine affluere viderit, & impetu magis animi, quam vero rationis iudicio ferri, hunc impetum adeo non retardat diabolus, sed magis auget, sciens quod sicut in nauigatione, sic in virtutis curriculo, non minus

*Eccles. 27.*

*Luce 13.*

## QUARTA ANNOTATIO.

*S. Bernard.*

periculi secunda aura, quam ab aduersa imminere, vt ait sanctus Bernardus: Nullum maius periculum diuine dilectioni insidiatur, quã ipsa dilectione intemperanter vti. In omni materia quidquid nimium est, periculosum est. Ita sanctus Antonius dixisse fertur de iuvene feruente in Dei seruitio, hic similis est naui pretiosis mercibus secunda aura nauigante, nec ad portum perueniente, nec se felicit ei sua opinio, quia ille miserabiliter corruit, quia indiscrete in Dei dilectione processit.

*Exemplum.*

*S. Chrysost.*

Interdum etiam hic serpens (Deo sic permittente) falsa nos dulcedine lætat, & magnam vim lacrymarum exprimit, partim, vt mentem ad elationem, & aliorum contemptum, qui simili modo non fruuntur, inducat: partim vt hac ratione, & cerebrum, & salutem nimia exercitatione lædat, atque ita ipsum ineptum ad alia spiritualia exercitia reddat.

Contra verò istam dulcedinẽ subtrahere nititur, vt in summa mentis sterilitate, & animi siccitate degentes, partim, vt orationis studium, vt molestum, & insipidum refugiant, partim, vt iam se derelictos à Deo arbitrentur, atque ita animo concidant, & in virtutis studio stertes, ac desidiosii fiant.

*Climacus.*

Rursus alios, quos rerum diuinarum ad dictos cõtemplationi cernit, curam rerum domesticarum (ad quas ex officio, & statu tenentur) abijcere facit, vt hoc ipso offendiculo sit illis, ad quos huius rei fructus peruenire debebat, vt exindẽ dissensiones oriuntur, & pax amittatur.

*Cassiano.*

Alios vero diuinæ contemplationis tædio, ita afficit, vt interne vacationis studio neglecto, vel ad vocales tantum orationes præcipitãter, & celeriter sine interno gustu, & deuotione effusas, vel ad externa opera leuiter facienda omne suum studium conuertant: vt spiritus dulcedinem, internam lucem, & spiritualia gaudia, quæ ex diuinarum rerum attentione oriuntur, amittant.

Nec his contentus diabolus, etiam molitur cū quis à negotijs sæcularibus feriat, animum colligere, & ad diuina attolere incipit, ibi potissimum sæcularium reru curas, quæ alio tempore erant tractandæ, molestius representat, vt sub hac pietatis imagine animum ad diuina

# QUARTA ANNOTATIO. 92

tendentem ab incepto cursu reuocet, & ad ima deiiciat, vt sanctus Isidorus ait, tunc maximè diabolus mundanarum imagines rerum humanis ingerit sensibus, quando orantes aspicit.

Habet alias permultas bellandi artes, inter quas illa prima est, quia in omni tentationis congressu laqueum sub pretextu rationis abscondit: vt videlicet tentatio, non tentatio, sed ratio videatur. Superbus, honores sibi deberi iudicat: auarus se diuitias prudenter, & vtiliter congregare arbitratur: inuidus, alienos honores, & bona sibi magis, quàm alijs deberi tacitis cogitationibus putat: iracundus, vindictæ cupiditatem iustam credit: delitiosus, delicias salutis suæ, eas prouidendo, expetere autumat. Idèque piger sibi suadens, ocia, & labores, vt sibi aduersa refugit: cæteraque vitia rationis speciem præferunt.

Etiam multoties à lenta tentatione cessat, vt securacorda inopinatus irruat, vt Iosue cū habitatoribus Lais fecit, eos post tergum insequens, vt incantos interimat. Est alia grauis tentatio, cum piorum mentes à studio bonorum operum auocare non potest, ipsius operis intentionem (aqua ipsius integritas potissimum pendet) corrumpere nititur. Quod sanctus Gregorius eleganter docet dicens: Bona nostra inimicus tribus insequitur modis. Aliquando intentionem polluit ante opus. Aliquando in actione operis malum intermiscet: vt gloria quæ quæ sita non fuit, oblata delectet. Aliquando in fine operis eo vehementius quo securior videatur operans. Si opus sit propter vanam gloriam, omittendum est, quia peccatum est mortale. Si in ipsa actione interrumpit vanagloria, opus non est dimittendum, sed cum sancto Bernardo dicendum, nec per te incepti, nec propter te desistam. Aliquando in fine obrepit, tunc cum humilitate abijcienda est. Quia si sequatur laus operis, lætetur in Domino, quia scriptum est, lætatur sapiens in sententia oris sui, & sanctus Gregorius ait, sancti Prædicatores laudari appetunt, vt auidius audiantur.

Bona opera magna sunt semper cum humilitate facienda (sicut Dominus Iesus ait) lucea lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent.

*S. August.*

*S. Gregor.  
Iosue 3.*

*S. Gregor.  
superbia per  
ricula exple  
cat.*

*Proverb. 51*

*Matth. 5.*

## QUARTA ANNOTATIO.

S. Bernard.

non vos, ait sanctus Bernardus, sed Patrem vestrum, qui in cœlis est. Tunc enim eris fidelis seruus, & prudens, si ex gloria Domini, non ex te exeunte, sed per te trāsēnte, nihil manibus tuis adherere contingat, tunc iuxta Prophetam excutis manus tuas ab omni munere, cordis scilicet, oris, & operis. Tunc iustus es si à corde vanam gloriam, ab ore laudem, à manu munus, recipere renuis.

Isaia 35.

S. Greg. at-  
tende notan-  
das.

Quod si hoc quod diximus inimicus non assequitur, dat operam, vt pius superata vana gloria ionaniter gloriatur, cum aduertit se de antiquo hoste multoties triumphasse. Qua in re, vt sanctus Gregorius docet, ex victoria bellum oriri videtur, vt cū mala cogitatio vincitur, elatio oriatur, quod eleganter sanctus Fulgentius prosequitur dicens: Cum victus fugit, ad gloriam de victoria victorem ipsum iaducit: quod quid aliud est, quā Deo debitam gloriam, & coronam furari, & suo capiti impudentē imponere.

Idem Greg.

Sed inter has eius tentationes, grauissima, frequentissima, & occultissima illa est: cogitatio illa, quæ nos tacite in animo nostro esse aliquid persuadet. Quæ in quo dominatur superbia est, virtutum mors, & ruine spiritualis origo. Quis verbis explanare possit, quā latenter penè omnibus mortētis pestis hæc nos adoriatur. Partim demonis astutia, & malitia, partim amore proprio, quo se quisque ardentissime amat, sibi que honorem optat, ipseque se dignum putat, vel quia ingenio, aut virtute, aut animi magnitudine eminet, aut in rebus componendis, dexteritate, prudentia, aut castitate alijs præstare, in aure cordis dæmon susurrat: vel cum dæteriorum comparatione se alijs antefert. Hæc omnia humilitate vincuntur, vt Christus Dominus docet, dicens: Cum feceritis

Luce 18.

2. Corint. 3.

*hæc omnia dicite, quia serui inutiles sumus. Et sanctus Paulus dicit: Quid habes quod non accepisti, si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*

Proverb. 4.

Quapropter non declines neque ad dexteram, neque ad sinistram, id est, ne tibi de virtutibus blandiaris, & dextris successibus extollaris. Nec desistas ad sinistrū tramitem vitiorum, secundum Apostolum gloriam ex eijs conquirens. Semper versutias diaboli præcauens, vt san-

ctus

# QUARTA ANNOTATIO. 93

**S.** Casianus diuinitus docet: Nam cui sub specie vestis succinctæ, ac nitidæ aduersarius xenodoxiam non potuit generare, pro squalida, & inculta, ac viliori conatur inferre: quem non per honorem valet deicere, humilitate supplantat. Quem scientiæ, & locutionis ornatu nequiuit extollere, grauitate taciturnitatis elidit. Si ieiunat palā, gloria vanitatis pulsatur. Si illud contemnendæ gloriæ causa contexerit, eodem vitio elationis obtunditur, ne vanæ gloriæ vitio maculetur. Orationes prolixius sub fratrū vitat celebrare conspectu, & quod eas latenter exerceat, nullumque habeat sociam, non effugit aculeos vanitatis. Pulchrè naturam huius morbi cœpe, & aliō sancti Patres comparari dixerunt, quæ vno decoriato tegmine alio rursus inueniuntur induta. Et toties reperiuntur obtecta, quoties fuerint denudata.

Non solū in his nos inimicus infestat, sed in alijs multis impugnare non cessat, siue dormias, siue vigiles, siue comedas, siue bibas, in vestitu, in incesu, in locutione, in visu, in prosperis, in aduersis laqueum nobis parare non desinit. Quia sicut non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel, id est, iustum: ita (ait sanctus Bernardus) non dormitat, nec dormit, qui impugnat Israel.

Sed nota, quod dæmon non habet potestatem in nobis, animæ illabendo, sed malitiam in phantasmate immitendo. Vnde Genadius ait: Dæmones non per energiam operationem, non credimus substantialiter animæ illabi, sed per applicationem, & impressionem vniri. Illabi autem animæ soli illi possibile est, qui eam creauit. Qui natura incorporeus est suæ facturæ. Cur tērauit Sathanas cor tuum? dixit sanctus Petrus Ananiæ. Quod sic explicat venerabilis Beda dicens: Notandum, quod mentem hominis nihil implere potest, nisi sola creatrix Trinitas; implet autem cor hominis Sathanas, non in eū ingrediendo, neque in sensum eius, neque ianiens ad adiutū cordis, quæ potestas solius est Dei, sed callida, ac fraudulenta deceptione animam in affectum malitiæ trahens, per cogitationes, & incētia vitiorum, quibus plenus est. Impleuit ergo cor Ananiæ Sathanas non intrando, sed malitiæ suæ virus inferendo, vel infundendo. Hęc Beda.

*S. Casianus  
mirifice lo-  
quitur ver-  
sutas diabo-  
li aperiens.*

*Exemplum  
mirabile.*

*Psalm. 129.*

*S. Bernard.*

*Genadius*

*Act. 5.*

*Venerabilis  
Beda ibi.*

## QUARTA ANNOTATIO.

*S. Thom. 2.  
par. 9. 1011.  
art. 2.*

Quod mysterium eleganter sanctus Thomas docet dicens: Dæmones non possunt immittere cogitationes, eas interius operando, dicitur autem incenter malarum cogitationum ad concupiscendum, vel appetendum cogitata, per modum suadentis, vel concitantis ad mala. Et sic sua operatio solum extenditur circa phantasiam, & imaginationē (quæ ei, siue vigilemus, siue dormiamus semper patet) eas immutando, quæ deseruiat intellectui. Et similiter incitat appetitum sensitivum, qui deseruit voluntati, in his fiunt immisiones per Angelos malos. Ita sanctus Doctor.

*Numer. 24.  
Richard. ele  
gaster ibi.*

Sic Madianitæ ex consilio Balaam fecerunt ornantes filias suas, ut eas filij Israel aspicientes coirent. Quod mysterium expendens Richardus dicit: Quod semel Israeli contingit, hoc verus Israel, id est, iustus patitur. Dæmones suas filias ornatas ostendunt, quando quasdã rerum concupiscibilium imagines oculis mētis obijciūt. In quarum consideratione si mens delectationi turpiter subsistuerit, proculdubio Dei sui offensam incurrit. Mirabilis Ducis præsumptio, qui coram multitudine ad Madianitam intravit, sed hunc Phinæ gladius inter illicitos complexus perdidit. Sed non minus mirabile, quod sæpè mens inter ipsa desideria æternorum, inter lacrymarum suspiria, nunc rerum delectabilium, nunc concupiscibilium phantasias per concupiscentiam aspicit. Sed fortis zelatoris impetus districtæ increpationis gladio citius extinguit, quidquid illicitus concupiscentiæ ardor relinquit.

*2. Reg. 13.*

*Matth. 26.*

*Epiphanius*

Sæpè inimicus rerum species nostris sensibus ingerit, ut iam illas amemus, iam illas odiamus: ut fecit cū Amone fratre Thamâr, & cum Iuda traditore, quem ad Christi venditionem pecuniæ cupiditate incitavit, postea facinus horrescens in desperationem induxit iam pulchrum factum, iam fœdum in tabula imaginationis tanquam elegans pictor mirificè pingens.

*Quomodo diaboli astutiae sunt vincendae.*

Deuota oratio, sanctae Scripturae lectio, rerum caelestium contemplatio ad diaboli superandas insidias maxime conducunt. Hoc quidem Christus Dominus docuit in eius tentationibus toties repetens, scriptum est, diuersas sanctae Scripturae auctoritates allegando. Docens nos in nostris tentationibus debere similiter respondere. Si de superbia tentat, dic, quia scriptum est, quid superbis terra, & cinis? omnis potentatus vita breuis. Si de luxuria, dic, momentaneum est quod delectat, aeternum quod cruciat. Si de auaritia, dic, scriptum est, nudus egressus sum de ventre matris meae, nudus, & illuc reuertar. *Oculi tui sicut columbae, quae resident iuxta fluentia plenissima.* Fluenta plenissima sunt duo Testamenta, plena sensu morali, pleniora sensu allegorico, plenissima sensu anagogico. Iuxta ista, residentes columbae, id est, animae deuotae, ibi accipitris, id est, diaboli insidias vident, & euadunt sicut columbae in aquis umbram accipitris videntes. Moyses, & Aaron populum Israel ab Aegypto, & eduxerunt, & per desertum ad terram Promissionis adduxerunt. In Moysse Legislatore, diuina legis meditatio, in Aaron Sacerdote oratio, & contemplatio praesignantur. His enim fideles ex Aegypto, id est, peccatorum tenebris educti, & per huius vitae desertum transeuntes, contra Principes Edon, & robustos Moab confortari debent, & muniri, ut ad caelestem patriam perueniant. Quia scriptum est, si volueris Dei mandata conseruare, illa iugiter meditando conseruabunt te ab astutijs, & insidijs diaboli liberando.

Remedium euadendi diaboli astutias docet David dicens: *Oculi mei semper ad Dominum, & ipse euellet de laqueo pedes meos.* Oculi mei semper ad Dominum, cum, & eius mirabilia opera contemplando, & ipse euellet de laqueo venantium, id est, daemonum, vbi sanctus Augustinus ait, quia terram non intueor, non timeo terrena pericula, quia ipse, quem intueor, euellet pedes meos a pe-

*Matth. 4.*

*Eccles. 12.*

*S. Gregor.*

*Iob. 1.*

*Cantic. 5.*

*Origenes ibi*

*Exodi per totus.*

*Lyra mysticæ.*

*Proverb. 15*

*Psal. 24.*

*S. August.*

*ibi in Glossa.*

## QUARTA ANNOTATIO.

riculis, & insidijs dæmonum. Consideratio præsentis Dei multum conducit ad peccata vitanda, & astutias diaboli superandas, sicut dixit Dominus Abraham: *Am-bula coram me, & esto perfectus*, id est, eris perfectus. Næ contemplatiui facilè insidias diaboli videntes euadunt.

*Genes. 15.*

*Proverb. 1.*

*Glossa ord.*

*Interlin.*

*Frustra iacitur rete* (ait Salomon) *ante oculos pennatorum*. Frustra (ait Glossa) iacitur rete tentationis, persecutionis, & mortis, electis, qui pennas habent fidei, spei, & charitatis, & aliarum virtutum, quibus, & cœlestia dū viuunt, desiderant, vt & post mortē contingant. Habent oculos mentis, quibus mala, quæ patiuntur transitura, bona quæ merentur mansura in æternum prævident, & reproborum malitiam finiendam, tormenta verò in æternum māsura. Frustra ergo tenditur rete ante oculos pennatorum, quia videntes illud per volatum euadunt. Sic iusti astutias, & laqueos diaboli cognoscentes, per volatū contemplationis liberantur.

## ANNOTATIO QUINTA.

*De secundo animæ inimico, scilicet,  
carne.*

*Doctrina  
sanctorum  
Doctorum.*



**S** Fortis est primus animæ inimicus diabolus, non utique minor est nostra caro. Bene enim omnibus nobis compertum est, & passim experimur, quàm lubrica sit nostra caro, quàm facilis ad nos decipiendum, quàm

fragilis ad resistendum. Quàm prona ad malum, ad bonū quàm innepta, quàm sui amans, quàm Dei rerumque diuinarum, negligens, quàm multis cupiditatibus obnoxia. Quæ sola sufficit, vt in foueam miseriarum multarum incidamus, absque diaboli tentatione, & mandī occasione.

*Genes. 3.*

*Genes. 3.*

*Genes. 40.*

Hæc enim est Eua nos ad prohibitum pomum quotidie iuitans. Hæc Putiphari coniux castum Ioseph ad

turpitudinem alliciens. Hæc est Iaël, si Sifarâ fide inuitas, & deliciarum lacte soporans, vt tandem mortis clauo transfixus sempiternè moriatur. Hæc est Dalila, Sansonem in gremio (sensualitatis, scilicet) excipiens, vt falsè tradat Philisthæis, id est, spiritum tradat vitij, vel demonibus, vt cæcus ad ignominiam ducatur. Hæc puella saltatrix, quæ caput Baptistæ petiuit. Hæc est ancilla ostiaria, ad cuius importunam vocem, tam toties Christum negamus. Hæc tandem est foras Simonis, diuersarum passionum febribus æstuans. Hæc est ruinarum causa multarum. Hæc est terra maledicta, quæ nobis spinas, & tribulos ex sua natura profert, vitiorum mater, nouerca virtutum.

Quid dicemus de illis, qui delicate nutriunt seruum, id est, carnè, nisi quòd postea sentient eum contumacè, ex cordibus eorum prodit quasi ex adipe iniquitas, quia ex sensualitatis igne prodiit luxuria, gula, & superbia, & alia innumerabilia vitia, quæ in sensualitate fouentur. Vt illis, qui velut pecora viuunt. Cor belluæ datū est Nabucodonosor (ait sacra Scriptura) cor animalium datum est illis, & quodammodo spiritus illorum in carnè mutatus est, & transferunt in affectum cordis. Semper de carne cogitantes, & loquentes, de quibus sanctus Chrysostomus sic loquitur. Hoc diebus, & noctibus solum cogitantes, quod pertinet ad benè bibendum, & lautè comedendum, & corporis spurcitiam exercendam. De quibus dicitur adhæsit pavimento anima mea. Iterum conglutinatū est in terra venter meus. Item, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum. De quibus sanctus Hieronymus affirmat, illos nimio sanguine, & adipibus obnolutas animas quasi luto habere, nec aliquid tenue, nec cœleste cogitare posse.

Sicut magna lignorum strues magnam excitat flammam, sic ciborum multitudo, ait sanctus Chrysostomus, vitiorum flammam excitat, ibi nutritur auaritia, ex illa furta, violentiæ, periuria, ibi, inuidia, ex illa oritur contentio, maliloquia, detractiones, ibi ira: ex illa, rixæ, homicidia, cædes, ibi luxuria: ex illa, fornicationes, adultèria, foeminarum inuasiones. Hæc omnia, & alia multa ex carne, tanquam ex fonte dimanant.

*Iudicum 4.*

*Marci 6.*

*Matth. 26.*

*Luce 4.*

*Genes. 3.*

*Ambrosius.*

*Prouerb. 29.*

*Psalms. 72.*

*Danielis 4.*

*S. Chrysost.*

*bern. 31. in*

*Matth. 10.*

*2.*

*S. Hierony.*

*Psalms. 118.*

*Ad Philip.*

*3.*

*S. Chrysost.*

*vbi supra.*

Quam

# QVINTA ANNOTATIO.

Quàm acris, quàm vehemens, quàm iugis sit pugna carnis in spiritum, mirabilia sancti Doctores dixerunt, ait enim sanctus Augustinus inter omnia Christianorum certamina, sola sunt duriora prælia castitatis, in qua continua pugna, & rara victoria. Nota rara victoria, quia ut sanctus Hieronymus, ait aenea corda, & ferrea pectora libido domat. Memento belli, & desine loqui, dixit Dominus ad Iob, quæ verba summopere sunt notanda. Quia per Antonomasiam vocat bellum, carnis pugnam, & tentationem, respectu tentationis diaboli, & mundi: quia tētatio mundi, quam passus est Iob per amicos suos, & pugna diaboli, in rerum ablatione, & filiorum morte, & corporis sui passione, non vocatur bellum in cōparatione pugnae carnis, sed paruulum bellum (id est, guerrilla) quòd patet euidenter. Quando ad carnis tentationē accedit diaboli tentatio, & mundi occasio, & diabolus his instrumentis vtitur ad animam prosternendam, quis sustinebit? quis victor euadet? quis David sanctior? quis Salomone sapientior? quis Sansone fortior? sed omnes isti mundi occasione, & diaboli tentatione victi sunt, & carni seruiuerunt. Et sancta Scriptura testante gloriam suam in ignominiam verterunt. Ex quibus patet quam acris sit, & quàm difficilis sit, tentatio carnis.

Quando lapis, vel tegula de alto cadit, leuiter caput, aut manum ledit, si autem violēter iacitur, grauius vulnerat. Quando tentatio carnis flacidæ, & vigilijs, & ieiunijs attrite insurgit, non multum nocet. sed si delitijs caro nutritur, & blanditijs roboratur, spiritum absorbit. Sicut piscis Tobia in aquis natans, illum videbatur absorbere, extractus autem palpitare cœpit. Similiter caro in aquis deliciarum natans animam absorbit, abstracta autem tabescit, & spiritui ad multa bona deseruit.

Carbones in censi (en el brasero) paruas scintillas excitant, positi autem in conflatório (en la fragua) folliis flatu vehementer exardescunt, & ferrum durius molescit. Similiter caro nostra, & sensualitas mortificata, & penitentijs attrita, interdum scintillas aliquas excitare videtur, id est, malum desiderium primos rebellionis motus, qui facile transeunt, & euanescent, sed si demon perstat,

S. August.

S. Hierony.

Iob 40.

Glossa.

Tob. 6.

& anhelitu suo prunas ardere facit, ita fortis, & acris est pugna, vt Sanctorum corda multoties in fauillam redigat. Quod totum eleganter Galfridus docet dicens: Concupiscentia cum sola est, satis in ardescit, cum verò exterior materia, id est, occasio accedit, insanit. Geminū incommodum naturæ corruptio, & curiositas, quædam exterius irritamenta explorans. Duplex malum, proprius impetus, & hostilis impulsus. Duplicatum damnum, flāma concupiscentiæ, & flatus inceptoris. Ideo dixit Dominus Iob, memento belli. Quasi diceret, licet diaboli tentatio, & mundi pugna contra te fortis fuerit, memento quod a fortissimo bello liberatus fuisti, scilicet, a carnis petulantia, quæ acrius vrget, & grauius inardescit.

De ista pugna acriori loquitur sanctus Chrysostomus sic dicens: Alias passiones vincere, scilicet, iram, superbiam, auaritiam, arrogantiam, valde laboriosum est, sed multo magis est, tres, quæ sunt præcipuæ, & naturales carnis passiones: videlicet esca, & potus, amor mulieris ad vitum, & viri ad mulierem, & somnus. Quoniam siue illis passionibus natura carnis consistere non potest. Nam ad alias passiones, nõ necessitas carnis vrget, sed præsumptio spiritus carnis. Ad istas autem ipsa necessitas naturæ carnalis, ideo grauius est istas à natura carnali præscindere, quam illas. Nam illas præscindere labor est propter colluctationem cordis, istas verò non solam labor est propter colluctationem cordis, sed est consuetudo, & cõterere, & interficere ipsam naturam carnalem, & quasi truncare ipsam substantiam. Et nullius passionis abstinentia sic sanctificat corpus, sicut istæ, vt sit homo castus, ieiunus, & in vigilijs perseuerans. Similiter nulla illarum sic coinquinat corpus, sicut istæ, vt sit homo, aut fornicarius, aut epulato, aut somno deditus. Et præcipuè Christus dicit intrate per angustam portam. Propter ieiuniū laboriosum, & propter castitatem laboriosam, & propter vigilias. Hæc Doctor sanctus.

*S. Chrysost.  
homil. 18. in  
Matth. c. 7.*

*Oper. imper.*

Quæ acris, & difficilis sit carnis victoria, etiam Scriptura sacra assignat in pugna contra Amalech, in cuius victoria Iosue pugnavit in gladio, Moyses orauit virgā in manibus habens. Et quia manus eius graues erant,

*Exod. 17.*

# QVINTA ANNOTATIO.

*Glossa.*

*Lyra ibi moraliter explicat.*

*Ecclesiastici 37.*

*S. Hierony.*

Aaron, & Vr sustentabant manus eius, & cum his omnibus Amalhec victus mansit, vidimus gestū. Attendamus mysterium: Amalhec interpretatur gens brutalis, in quo signatur nostra caro, quę brutalibus voluptatibus pascitur, semper concupiscens aduersus spiritum. Ita ergo vincitur. Primò, per gladium spiritus, quod est verbum Dei, sacram Scripturam legendo, & meditando. Quia dicit Spiritus Sanctus, vigilia honestatis tabescit carnes, quia vigilia lectionis sacre Scripturę, consumit carnales delectationes, vt ait sanctus Hieronymus, ama sanctarum Scripturarum studia, & carnis vitia non amabis. Secundò, vincitur per deuotam orationem, quę in Moyse orante designatur. Tertiò, per virgam, in qua disciplina, & carnis mortificatio intelligitur. Quę quidem si dimittantur, Amalhec, id est, caro pręualebit. Sed quia istarum cōtinuatio valde difficilis est, sequitur. Aaron, & Vr manus sustentantes. Aaron montanus, Vr ignis interpretatur, id est, elongatio à mundi occasionibus, & cęlestium contemplatio, & feruor orationis. Ite enim virtutes manus graues sustinent, & sic habetur victoria carnis tam acris, & difficilis.

*Luc.*

*1. Corint. 9.*

*Ad Rom. 7.*

*S. Chrysol.*

*S. Leo Papa serm. 8. de ieiunio.*

*S. Bernard.*

Hec totum Christus Dominus commendare videtur dicens, hoc genus dæmoniorum non eicitur, nisi in ieiunio, & oratione. Sic sanctus Paulus faciebat, & eam atterendo in ieiunijs multis. Et alibi: Castigo corpus meum ieiunijs, & disciplinis, ait Lyra, & in seruitutem spiritus redigo. Item orabat, & exclamabat, quis liberabit me de corpore mortis huius, quia video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę. Carnis superbia per maximè conteritur per potus cibique parcitatem. Nam ieiunium est mors vitiorum, & vita virtutum, vt sanctus Chrysologus ait: Per ieiunium vitia blanda calcamus. Semper virtuti cibus fuit ieiunium, de abstinentia exeunt castę cogitationes, rationabiles voluntates, salubria consilia, & per voluntarias afflictiones caro concupiscencijs moritur, spiritus virtutibus renouatur.

Omnes sancti, qui apicem virtutis sunt consecuti, per ieiunium, & carnis mortificationem ad eam peruenerunt. Quod totum per os David, nos Spiritus Sanctus docet

set dicens: *Ego autem cum mihi molesti essent* (inultus, scilicet, carnis) *induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo, id est, corde meo conuertetur.* Hæc sunt arma sanctorum, ait sanctus Hieronymus: Quibus de mundo, & carne triūphantes, æternas coronas in cælo possidere meruerunt.

Et nota, quòd inter peccata carnalia luxuria est peior, & perniciosior, vt patet in filio Prodigio. De quo dicitur: *Quòd dissipauit omnia sua uiuendo luxuriose.* Dissipat enim omnia bona, corporalia, naturalia, spiritualia, gratuita, & temporalia. Dissipat corporalia, quia vt sanctus Paulus ait: *Qui fornicatur in corpus suum peccat*, id est, in corporis sui diuinatione. Naturalia destruit, quia teste sancto Hieronymo: Mentem hebetat, rationem obnubilat, ita vt nihil spirituale intelligat. Quia vt sanctus Paulus proclamat: *Animalis homo non percipit, quæ Dei sunt.* Etiam gratuita dissipat, quia (vt sanctus Chrysostomus ait): Nulla res sic virtutem præcidit, sicut corporalis voluptas. Temporalia consumit, quia dicit Spiritus Sanctus, qui scortum nutrit, perdit substantiã. Hæc enim sunt mala, quæ in peccatore luxuria operatur.

Omnia ista sanctus Iob præsignauit de malo luxurię loquens; dicit enim: *Ignis est usque ad consumptionem consumens, & omnia eradicans genimina,* id est, bonas animæ operationes: *Ignis qui ipse, qui deuorat terram cum geminis suo.* Ignis, ait sanctus Gregorius, qui deuorat terram, eiusque nascentia. Quia libido carnem, & per hanc omnia bene acta consumit. Quia quidquid ex fruge reëditudinis confurgit, hoc concremat flamma corruptionis. Et cum malo libidinis nõ resistitur, omnia proculdubio, quæ bona videbantur pereant. Ignis enim dicitur luxuria, cuius materia est gula, turpitude, flamma, immandicia cinis, fumus, infamia. Tanta certè mala ex luxuria oriuntur.

Quæ omnia sanctus Thomas eleganter sic deducit, dicens: Quando potentia inferiores multum afficiuntur circa sua obiecta, superiores vires consequenter in suis actibus multum impediuntur, & deordinantur. Per vitium luxuriæ appetitus inferior, scilicet, concupiscibilis, vehementer intenditur suo obiecto delectabili. Ideo in-

## QUINTA ANNOTATIO.

tellectus, & voluntas deordinantur per septem mala, quæ filia luxuriæ nominantur. Videlicet cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia. Voluntas deordinatur per amorem sui, & odium Dei, per affectû præsentis sæculi, & horrorem sæculi futuri. Sunt autem quatuor actus rationis in agendis. Primus est, simplex intelligentia, quæ apprehendit aliquem finem, ut bonum. Unde dicitur, species decepit te, & concupiscentia subuerit eor tuum. Et quantum ad hoc ponitur cæcitas mentis. Secundus est consiliû in agendis, quantum ad hoc ponitur præcipitatio, quæ impedit consiliû. Tertius actus est iudicium de agendis, hoc autem impeditur per luxuriam. Unde dicitur de senibus luxuriosis, auerterunt sensum suum, ut non recordarentur iudiciorum iustorum, ad hoc ponitur inconsideratio. Quartus actus est præceptum rationis de agendis, hoc etiam impeditur ex impetu concupiscentiæ, ne exequatur quod faciendum decreuit, contra hoc ponitur inconstantia. Voluntas etiam deordinatur ex duplici actu, quorum vnus est à parte finis. Quantum ad hoc ponitur amor sui, & per oppositum odium Dei. Alius est eorum, quæ sunt ad finem, & quantum ad hoc ponitur amor præsentis sæculi, in quo vult aliquis frui voluptuosè, & per oppositum ponitur horror futuri sæculi, quia dum nimis quis tenetur carnis desiderijs, non curat peruenire ad spirituales delicias. Hæc sanctus Doctor de malo luxuriæ tam eleganter dictauit.

*Iohan. 20.*

*Marci 16.*

*Luce 9.*

*Iohan. 13.*

*Cantic. 1.*

Hæc enim mala, & alia multa causat in nobis luxuria, & ut appareat quantum illam Deus aborreat, attendendum vnum mirabile. Christus omnia ferè peccata permisit in suis Discipulis præter peccatum luxuriæ. Permisit Thomæ incredulitatem, & aliorum duritiam cordis in credendo. In alijs iram permisit dicentibus: vis Domine ignis descendat de celo contra Samaritanos, scilicet. Inuidiam etiam supportauit, siquidem Saluatori dixerunt, ecce inuocamus quemdam demonia eicientem, & non sequitur nos. Auaritiam in Iudæa permisit, quia omnia portabat, & fur erat, & loculos habebat. Petrus denique illum cum iuramento negauit. Ecce quomodo omnia ferè peccata in suo Collegio permisit, sed fordes, & carnis

luxuriam penitus relegavit ille flos campi, & liliū con-  
ualium, qui pascitur inter lilia, id est, corda mundi. Ideo  
Ioannem plus diligebat, quia specialis prerogativa ca-  
sticatis ampliori dilectione fecerat dignum. Ideo in ce-  
na supra pectus recubuit, & sancti Evangelij fluentia ple-  
nissima ibi potuit.

Et nota, quod maiora supplicia, quæ Deus olim fecit  
contra hoc peccatum luxuriæ extiterunt. Propter hoc  
peccatū aquis dilubij mundum subvertit (omnis quippè  
caro corruerat viā suā) igne sulphureo Sodomā, & fini-  
timas civitates succendit. Vrbs Sichem repente depe-  
rit. Tribus Benjamin in terempta mansit. Ammonis mor-  
tis causā extitit. Salamonem ad idolatriam adduxit. Et  
quod magis timendum suam saluationem sub dubio re-  
liquit. Sarā maritos occidit, Sansonem oculis priuavit,  
Dauid maxima incommoda adduxit. Senes Susanę accu-  
satores evertit. Et vno die Deus propter vxorem Leui-  
tæ viginti quatuor millia hominum interfecit.

Et nota attentè, quod si in tramite virtutis multum  
proficeris, semper istum inimicum suspectam habere de-  
bes. Quia Adam in illo sopore multa mysteria contēpla-  
tus fuerat, sed postea per mulierem miserè cecidit, & in-  
numerabilia bona sibi, & nobis perdidit. Iepte post de-  
nictos Moabitas reuertentem de prælio, filia cum tym-  
pano, & choro occurrit. Quia iusto post mundum deuic-  
tum, & diabolum calcatū caro solet (vt Stephanus ait)  
cum tympano delectationum, & illecebrarum choro oc-  
currere, & ad suas delicias eum allicere. Sed dicat cum  
Iepte ad filiam, id est, carnem suam, quia decepisti me  
per culpam, decipiam te per pœnam. Petrus post egre-  
gia facinora omnia relinquendo, & Christum sequendo,  
& quod mirabilius est gloriam eius in Thaboris vertice  
contemplādo, tandem ad vocem ancillæ Iesum Christū  
negavit, & de illo Sathanas triumphauit.

Quam multi sunt hodie (ait sanctus Bernardus) qui  
factum illud nostri patris Adæ grauer diiudicant, &  
ipsi insipienter imitātur. Indignantur aduersus Adā quod  
obedierit potius voci vxoris quàm Dei, & ipsi hanc, id  
est, carnem suam audiunt plusquam Deum. Si modo præ-

*Genes. 6.*

*Genes. 19.*

*Genes. 39.*

*2. Reg. 13.*

*2. Reg. 10.*

*Danielis 16.*

*Iudicum 20.*

*Genes. 2.*

*Iudicum 11.*

*Stephanus  
Abbas.*

*Matth. 26.*

*Luce 22.*

*Mirabile di-  
ctum S. Ber-  
nardi.*

## QVINTA ANNOTATIO.

sentem videremus Adam in eo articulo positum coarctari, inter vocem vxoris, & præceptum Creatoris, nonne clamaremus aduersus eum dicentes: caue tibi miser, seductrix est mulier, ne aquiescas ei. Vt quid ergo quoties nos apprehendit tentatio similis, non persuademus nobis metipsis. Non utique carnis illecebras, & lenocinia tam impudenter sectaremur.

*Ad Roman.*  
8.

*Debitorum ergo sumus, fratres, non carni, et secundum carnem viuamus. si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.*

*Glossa ibi.*

Debitorum sumus carni, ait Hugo de Sancto Victore, vt eam cohibeamus ab iniquitate, abstinentes à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, vt exerceamus eam in virtute, sustentemus eam in infirmitate. Si enim secundum carnem, id est, carnis voluptates vixeritis, moriemini, morte culpæ hic, & in futuro morte pænæ. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, vita gratiæ in presenti, & in futuro vita gloriæ. Attendentes consilium sancti Leonis Papæ dicentis: Quoniam nõ solis doloribus atque supplicijs corporis, anima fidelis impetitur, verum etiam salua membrorum incolumitate graui morbo vrgetur, si carnis voluptate molitur. Sed cum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem præsidio crucis Christi mens rationalis instruitur, nec cupiditatibus noxijs illecta cõsentit, quoniam abstinentiæ clavis, & Dei timore transfigitur.

*S. Leo Papa  
sermone 9.  
de Quadra-  
gesima.*



## ANNOTATIO SEXTA.

*De tertio animæ inimico, scilicet,  
mundo.*

Tertius animæ inimicus, scilicet, mundus, non dicit cœlum, & terram, & omnia quæ cœli ambitu continentur, quæ suo semper authori deseruiunt per tempora; sed notat homines, qui sunt in mundo, vel diligunt mundum.

Quorum curandis peccatoribus Dominus, Apostolicam salem misit in mundum. Iste ergo mundus est inimicus, quia animæ vehementer infestatur, de quo dicit sanctus Ioannes: *Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere.* Mundus, id est, homo secundum mundi vanitatem viuens. Et Beatus Paulus de isto mundo loquitur dicens: *Animalis homo non percipit, quæ spiritus Dei sunt.* Animalis homo dicitur, qui animale vitam sequitur more brutorum solum præsentia quærens futurorum oblitus.

De isto mundo sanctus David loquitur dicens: *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, in cubo, & freno maxillas eorum confringe.* Equus, & mulus, ait Iacobus de Valentia: Mundus est, & caro, in quibus bestiis diabolus equitat ad pugnandum contra animam hominis, per quas bestias inducit omnia peccata mortalia. Nam mundus inducit superbiam, auaritiam, iram, & inuidiam. Superbus non patitur superiorem, nec æqualem, & sic prorumpit in inuidiam. Nec patitur iniuriam, vel vilipensionem, & prorumpit in iram. Nec patitur indigentiam, & sic prorumpit in auaritiam, immittendo furtum, rapinas, fraudem, vsuram, & symoniam, vt sustentare valeat fastum, & mundanum honorem. Et sic auaritia, ira, & inuidia sunt filie superbiæ: quas omnes quatuor, inducit ista bestia ferox mundus, in quo diabolus sedet, & triumphat. Item, caro in mulo præsignata, inducit lu-

*S. Augustin.  
lib. I. de ser.  
Domini in  
Monte.*

*Ioan. 16.*

*1. Corint. 2.*

*Psal. 31.*

*Iacob. de Va-  
lentia ibi.  
mire profa-  
quitur.*

## SEXTA ANNOTATIO.

xuriam, gulam, & accidiam, quæ sunt quasi relativa, & unum inducit aliud. Nam luxuria requirit gulam, & gula accidiam parit. Et has duas bestias septem capitalia vitia nobis adducentes, sanctus David docet esse fugiendas dicens: Nolite fieri sicut equus, & mulus. Nolite sequi mundam, & concupiscentiam eius, nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Nolite sequi carnem, id est, luxuriam, gulam, & accidiam, & motus bestiales, qui ex ea nascuntur; sed in chamo, & freno maxillas eorum constringe. Frenum quo mundus est constringendus, humilitas est, & mansuetudo, contra superbiam, & iram, charitas contra invidiam, & avaritiam. Chamus quo caro est domanda, est castitas, & sobrietas. Per istas virtutes constringuntur istæ bestiæ, & per virtutes Theologales, & Morales, & per septem Dona Spiritus Sancti. Et ad sananda vulnera, & morsus istarum bestiarum, dedit Christus nobis septem Sacramenta. Ideo ait sanctus David, nolite fieri sicut mulus, & equus. Nolite sequi mundum, & carnem, & vitia eorum, sed in freno virtutum, & chamo Sacramentorum maxillas eorum constringite.

*Daniel. 3.*

*Richard.  
pulchre ex-  
plicat figuram  
istam.*

Mundus iste miris coloribus descriptus est in illa statua, quam Nabucodonosor Rex Babiloniæ facere mandavit, ex diversis metallis compositam. Nam caput erat ex auro, pectus, & brachia ex argento, venter ex ære, fœmora ex ferro, tibiæ ex terra cum ferro mixta. Hanc statuam omnes populi, & linguæ ad sonitum sambucæ, & citharæ, & cæterorum instrumentorum cadentes adorabant. Rex Babilonis est diabolus, qui hanc statuam hominibus adorandam proponit. Nam alijs præcipit adorare idolum avaritiæ, id est, aurum, & argentum. Alijs lutum deliciarum, alijs æs sonorum, honorum, & dignitatum. Instrumenta musica, suggestiones diaboli sunt. Ad aures avari, auro, & argento, ad aures luxuriosi, delectationibus carnalibus, ad aures ambitiosi, & superbi, falsis honoribus suavem concentum facientis. Ut relicto veri Dei cultu, opera carnis, & varia huius mundi delectamenta sectando venerentur. Quodenim quisque diligit hoc illi Deus est (ait sanctus Augustinus) ut avaris aurum, luxuriosis libido, & honor superbis. Filij Babilonis, id est,

*S. August.*

est, huius mundi sectatores statuam adorant, ne sentiant æstum fornacis, id est, ne penuriam patiantur. Filij Hebræorum exemplo Moyfi, maluit affligi cū populo Dei, id est, numero iustorum, quam temporalis peccati habere iacunditatem. Isti contemnentes statuam in fornacē mittatur. Quia quicumque voluerint piē viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur, & ab impijs aduersa tolerabunt. In hoc igne vincula comburuntur non corpora. Quia si quæ in eis sunt maculæ abluuntur, & eorum animæ expurgantur. Idem ignis comburit Babilonios, non tangit Hebræos. Quia sub eodem igne aurum rutilat, palea fumat, sub vna tribula paleæ comminuuntur, grana purgantur. Ita eadem vis tribulationis bonos purgat, malos damnat. In tribulatione mali murmurant, & blasphemant, boni laudant, & gratias agunt. Sub eodem motu lucam horribiliter exhalat, & balsamum suauiter fragrat.

*Sello in hinc  
locum.*

Et nota, quod lapis excissus de monte sine manibus totam statuam contriuit, & subuertit, quia Christus Dominus ex Sacratissima Virgine Maria natus (que mons est supra verticem montium, id est, Angelotum) suo exemplo damnat, & suo Euangelio condemnat.

Mundus est sicut impostor (que juga al masticoral) vni dat aurum, alteri dat gemmam, ali offert pomum. Et pro tunc eos suspensos tenet. Sed quando repetit non inueniunt in manibus suis, nisi carbonem, vel firmum, quibus manus apparent infectæ, & ipsi verecundi redduntur. Similiter mundus iste, alteri offert aurum dignitatis, alteri gemmam honoris, quibus in vita præsentis de lusos tenet, sed venit hora mortis, & repetit ab eis, vt alteri det, & non inueniunt in manibus suis, nisi carbones, id est, maculas multas in corde, & remorsus conscientiæ, & horribiles timores suæ condemnationis. Hoc quidem docet

*Exemplum.*

Spiritus Sanctus per os Dauid dicens: *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis.* Somnus dicitur vita peccatorum, quia sicut in somno obliuiscuntur præsentium, ita in sua vita obliuiscuntur futurorum, id est, mortis, iudicij, & inferni: & nihil inueniunt in hora mortis in manibus suis, nisi intolera-

*Psal. 75.*

*Glos. Incognitus.*

# SEXTA ANNOTATIO.

biles remorsus conscientie, & timores sęe damnationis.

*Genes. 29.*

*Cardinalis  
Vitalis.*

*Proverb. 8.*

*Luce 12.*

*Jacobus de  
Voragine.*

*Iob 20.*

*Eccles. 1. &*

*2.*

*S. Hierony.*

*Proverb. 14*

*S. Ambros.*

*Eccles. 40.*

Fallit enim mundus sibi seruientibus in promissis, sicut patet in Iacob, qui Laban sacro seruitit septem annis pro Rachele pulchra, & in fine supposuit Lyã lip-pam, & adueniente Aurora, inuenit se esse delusum. Sic mundus promittit suis seruatoribus alta, & pretiosa, sed dat vilia, & deformia, quibus eos delusos tenet in nocte huius sæculi: sed adueniente hora mortis quando Aurora æternitatis lucefcere incipit, tunc inueniunt se esse de-ceptos, & vident quam deformia sunt, & horribilia, quæ placida videbantur, & pulchra. Et quàm verum sit illud, quod Salomon dicit: *Interdum homo homini dominatur in malum suum.*

Mundus suis amatoribus tria promittit, longæuitatē, facietatem, & suauitatem. Sed dat breuitatē, vacuitatē, & aceruitatem. Dat breuitatem, vt apparet in diuite illo, qui dicebat: *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare:* sed repente audiuit, *stulte hac nocte repetent à te animam tuam, & que preparasti cuius erunt?* Item sanctus Iob hanc breuitatem bonorum huius mundi insinuans dicit: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto descendunt in infernũ.* In puncto separationis animæ à corpore descendunt in infernum suorum peccatorum pondere depreſi.

Promittit facietatem, sed dat vacuitatē. Nam vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Huius mundi bona intra se nucleum habere videntur, sed si cultello discretio-nis (ait sanctus Hieronymus) diuidantur, vana apparent, & sine vlllo fructu. Promittit etiam mūdus suauitatem, sed dat aceruitatem: quia scriptum est, risus dolore mis-cetur, & extrema gaudij lucus occupat. Omnia enim, quæ in mundo sunt, vt diuitiæ, honores, & delitiæ omnia ista (ait sanctus Ambrosius) cum labore quærentur, cum timore possidentur, cum dolore relinquuntur. Hoc protestatur Sapiens dicens: *O mors, quàm amara est memo-ria tua homini possidenti diuitias.* Omnia ista Salomon se possedisse fatetur cum ait: *Sed cum conuertissem me ad om-pera mea, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem spi-ritus.* Mirabile dictu de mundo, dicit sanctus Christo-

mus: Air enim mundus iste est domus diaboli: nam nundus iste domus est diaboli non natura, sed corruptione: nec ab initio fecit eum diabolus, sed Deus, postea corruptione factus est diaboli. Fuge ergo de mūdo, & de voluptatibus mundi, ne forte diutius viuens in possessione operum eius fias seruus ipsius; si enim de mala conuersatione eius recesseris, & si corpore sis in mundo, recessisse uideris de domo diaboli, & esse in domo Dei. Hæc Doctor sanctus.

S. Chrysostomus  
Serm. 111. P. 25.  
O. 6. m. 30. 17. 22. at.

Bene dicitur, quod mundus est domus diaboli, in qua Princeps tenebrarum præsidet, & retores tenebrarum principantur, in qua omnia fœre sunt eversa, & quæ principalem habere locum meretur, in infimo sunt collocata, & aues, quæ in ramis dignitatum residere merebantur, subter collocatæ premuntur: & animalia, quæ in terris habitare noscuntur, in aera casura eleuantur. Et multi sunt qui Dignitates, & Principatus in oculis mortalium obtinent, qui in oculis Dei reprobati noscuntur. Hoc mysteriū sanctus Iob explicat sic dicens: *Et regnare faciet hypocritā propter peccata populi.* Sed queri rationabiliter potest, ait sanctus Gregorius: Quomodo hoc loco dicit, quod regnare hypocritam Deus facit, cum de hac re specialiter per Prophetam conqueratur dicens: *Ipsi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui.* Quis enim recte sentiens dicat, quod facit Dominus, quod minime sciat. Sed quia scire Dei approbare est, & nescire reprobare, unde de quibusdam dicit, nescio vos. Et facere Dei est, id quod fieri prohibet irascendo permittere, & Pharaonē se obdurare asseruit, quia obdurare permisit, miro modo Dominus, & regnare facit, & nescit, facit sinendo, nescit reprobando. Hæc sanctus Doctor, ubi satis eleganter hoc dubium soluit.

Richard.

Iob 34.

Oseas 8.

S. Greg. lib. 36. Moral. cap. 23.

Mūdi huius vanitas in Iezabel mirifice describitur, de qua dicitur: *Quæ Iezabel depinxit oculos suos sibi.* Hæc est mūdi vanitas, ait Stephanus Abbas: *Quæ depinxit oculos suos, quis non agnoscitur à fultris, sed à sapiētibus picturā ei agnoscitur.* Ornauit caput suū, & respexit per fenestram, ut tenuiter uideretur. Ecce caput ostendit, nō posteriora, ideo placet vanitas mundi, quia posteriora

4. Reg. 9.

Steph. Abb.


## SEXTA ANNOTATIO.

eius non videntur, sed anteriora, quæ placent. Vnde labia meretricis mel distillant, sed posteriora eius amara quasi absynthium. Duo eunuchi, qui Iezabel præcipitauerunt, sunt Prædicatores, qui se castrauerunt propter Regnum cœlorum. Quos Ieù, id est, Christus docet, vt eam præcipitent, suis sermonibus eius vanitatem ostendendo: vt transeuntes eam videndo, despiciant dicentes hæc est illa Iezabel?

*S. Chryso-  
stom. 27. c.  
1. in Mat.*

Multa delectamenta mundus iste ostendit hominibus (ait sanctus Chrysostronus) vt eos decipiat. Sicut homo malignus, si viderit aliquem orphanum substantiam habere paternã, ducit eum ad prandium, & dat illi interdum aliquod vestimentum pretiosum, loquitur illi dulces sermones, donec tollat illi facultates eius. Sic diabolus videns hominem habentem in se thesaurum cœlestem, id est animam à Deo creatam, sapientiam cœlestem in arca terrena repositam. Ideo ostendit illi argentum, & aurum, & concupiscibilia ornamenta illi offert, pretiosas vestes, delitiosos cibos, & gloriosos honores, vt per hoc auferat salutem animæ, & corrumpat gratiã cordis ipsius.

**Quapropter nolite diligere mundum, neque ea, quæ in eo sunt.**



## ANNOTATIO SEPTIMA.

*De sensibus sacrae Scripturae, & regulis,  
seu clauibus ad eam intelligendam, &  
aperiendam notare debet Præ-  
dicator sequentia.*



*Idi in dextera sedentis supra thronum libri  
scriptum intus, & foris. Liber iste sancta  
Scriptura dicitur, liber scriptus intus, &  
foris: foris quantum ad sensum litteralem.  
Intus verò quantum ad sensum mysticum  
sub littera latentem. Deus enim, qui est author huius  
Scripturae, non solùm utitur vocibus ad aliquid signifi-  
candum, sed etiam rebus per voces significatis. Et sic sa-  
cta veteris Testamenti significauerunt ea, quæ in nouo  
Testamēto fiunt. Vnde sanctus Apostolus ait: omnia in  
figura contingebant illis. Sensus igitur, qui per voces  
significatur propriè dicitur litteralis, ille verò, qui per  
res significatur mysticus nominatur. Qui triplex est, quia  
si per talem modum aliquid significatur pertinens ad  
credēdum, dicitur allegoricus. Si autem pertinet ad agi-  
bilia dicitur moralis. Si autē ad speranda, in æterna bea-  
titudine dicitur anagogicus. Vnde versus. Littera ge-  
sta docet, quid credas allegoria. Moralis quid agas, quo  
tendas anagogia.*

Exemplum patet in hoc nomine Hierusalem. Quod  
secundum sensum litteralem significat quandam ciuitatē  
in terra Iudæ sitam. Et quoniam, hæc ciuitas à Deo fuit  
electa ad cultum diuinum, vt habetur 3. Reg. 14. qui co-  
sistit in anima viri iusti, & in Ecclesia militante, & etiam  
in triumphante. Ideo Hierusalem in sensu morali signifi-  
cat animam fidelem, secundum sensum allegoricum, Ec-

*Apetalip. 5.*

*Lyra in præ-  
fatione Bli-  
bie.*

*S. Thom. 1.  
p. q. 1. art. 1.  
in corpore.*

*Glossa.*

# SEPTIMA ANNOTATIO.

clesiam militantem, secundum annagogicum Ecclesiam triumphantem.

*Lyræ collationibus Patrum collatione 8.*

*Deuter. 6.*

*Iudicum 9.*

*Matth. 18.*

*Ita S. Hieronymus.*

*Glossa ord.*

*Lyræ ubi supra.*

*Ad Galat. 4.*

Aduertendum est tamen, quòd licet sacra Scriptura habeat quadruplicem sensum prædictum, hoc tamen non est in qualibet sui parte, vt dicitur in collationibus Patrum collatione 8. Nam alicubi habet tantum sensum litteralem, sicut dicitur Exodi 20. audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Et Deuteronom. 6. diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. In istis, & consimilibus, non est mysticus requirendus. Alicubi verò nõ habet litteralem sensum propriè loquendo, verbi gratia, Iudicum 9. ierant ligna, vt vngereat super se Regem. In Matthæi 18. si manus tua scandalizat te abscinde eam, & projice abs te. Sensus litteralis est, qui per voces significatur, vt dictum est, & talis sensus non est hic, nec in consimilibus. Sequeretur quod sensus sacre Scripturæ esset falsus. Quis ligna nunquam hoc fecerant, nec facere potuerunt: similiter Saluator non monuit, quòd homo manum sibi abscidat, vt littera sonat, sed in istis est tantum sensus mysticus, qui per res significatas intelligitur. Nam per ligna intelliguntur habitatores vrbis Sichem, qui fecerunt Abimelech Regem super se, vt ibi in textu ponitur, & per manum abscidendam, intelligitur amicus, vt cumque necessarius præbens occasionem ruinæ, & huius familiaritatem debet homo abscindere ab se.

Quando autem Doctores dicant, sensum parabolicum esse litteralem, intelligendum est, large loquendo, quia vbi non est sensus per voces significatus, parabolicus est primus, & ad hoc significandum dicunt parabolicam sub litterali contineri. Alicubi verò sacra Scriptura habet sensum litteralem, & mysticum sicut in Genesi dicitur, quod Abraham habuit duos filios Isaac, & Ismaelem, hoc est verum secundum litteralem sensum, & mysticū. Nam per illos significata sunt duo Testamenta allegorice, vt Apostolus ait ad Galatas 4. eodem modo possunt moraliter intelligi duo filij spirituales vnus Prælati, quorum vnus proficeret, alius deficeret: annagogicè Angeli stantes, & Angeli cadentes.

Et quia dictum est, quòd sensus mysticus est, qui per

voces significatur, & vnius rei subiectiuè sunt plures proprietates reales, & aliquando valde diuersæ. Ideo vna res subiectiuè mysticè plura, & diuersa significat, sicut leo per constantiam Christum significat Apocalipsi 5. ecce vicit leo de Tribu Iudà. Per voracitatem diabolum significat, vt sanctus Petrus ait, aduersarius vester diabolus tanquam leo rugit querens quem deuoret.

Apocalip. 5.

1. Petri 5.

Sensus ergo litteralis est dignior, & excellentior inter omnes sensus prædictos. Quia ille est, quem Spiritus Sanctus, qui est sacre Scripturæ Author principaliter intendit. Ex quo solo argumentum efficax potest sumi contra aduersarios nostros, vt sanctus Augustinus ait in epistola ad Vincentium Donatistam.

S. August. in epist. ad Vincentium Donatistam

Etiã notare debet Prædicator, quæ sequuntur de regularis, vel clauibus ad intelligenda mysteria in sacra Scriptura contenta, quas sanctus Isidorus ad numerum septem regularum reduxit.

S. Isidor. lib. de summo bono cap. 20.

Prima est de Domino nostro Iesu Christo, & eius corpore mystico, quod est Ecclesia, quia propter connexionem capitis ad corpus, sacra Scriptura sub vno contextu quasi sub eadem persona, aliquando loquitur de vtroque, de vno transiens ad aliud, vt patet in Isaia: *Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me. Quasi Sponsam decoratum corona, & quasi Sponsam ornatam monilibus suis.* Quod dicitur quasi Sponsam, intelligitur de Christo, quod autem subditur quasi Sponsam, intelligitur de Ecclesia. Similiter Canticorum 1. *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Cum dicitur osculetur me, verbum est Sponsæ frui Sponsæ desiderantis. Quod sequitur meliora sunt vbera tua, verbum est Sponsi Sponsam commendantis. Vnde in talibus sic connexis, debet prudens lector attendere quid conueniat capiti, quid conueniat corpori.

Isaia 61.

Cantic. 1.

Secunda est de corpore Domini vero, & simulato. Ecclesia enim, quæ est corpus Christi mysticum, est quasi sagena nondum tracta ad litrus, & ideo habet malos permixtos cum bonis vsque ad iudicium, in quo separabuntur boni à malis. Et ideo in sacra Scriptura aliquando mali commendantur cum bonis, cū quibus sunt permixti.

Oseas 11.

Vt

# SEPTIMA ANNOTATIO.

Isaia 1.

Canticor. 1.

vt Oseas ait: *Puer Israel, & dilexi eum.* E conuerso boni vituperantur cum malis, vt Isaias dicit: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus presepe Domini sui, Israel autē me non cognouit.* Aliquando in eodem textu exprimitur quid ad bonos pertineat, & quid ad malos, vt in libro Canticorum dicitur: *Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar sicut pelles Salomonis.* Verba sunt Sponsæ, quæ ratione malorum in Ecclesia contētorum dicitur nigra, ratione autem honorum dicitur formosa. Quod subditur sicut tabernacula Cedar ad malos refertur. Sicut pelles Salomonis ad bonos, in Salomone Christus intelligitur, qui in tabernaculo Ecclesiæ pellibus, id est, iustis adornatur, vt ait Isaias ait: *His omnibus velut ornamento vestieris.*

S. August.  
serm. 197. de  
Tempore.

Tertia regula est de spiritu, & littera, secundū quod accipitur sub eadem littera sensus historicus, & mysticus. Quia veritas historiæ est tenenda, & ad spiritualem intellectum est referenda, vt docet sanctus Gregorius dicens: *Sacra Sriptura dum narrat gestum, prodit mysterium, vt patet in David, qui cum baculo, & quinque lapidibus vicit Philistæum, & liberauit Israel.* Ecce gestū, attendē mysterium. Christus in David figuratus cum baculo Crucis, & quinque vulneribus vicit diabolum, & suos fideles de eius tyrannide liberauit. Aliter ab aliis explicatur, vt sub eadem littera duplex sensus litteralis denotetur, vt in Paralipomenon dixit Dominus de Salomone: *Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium.* Quod ad litteram de Salomone intelligitur, qui fuit Dei filius per gratiam, saltem in iuuentute eius: & tamen eadē authoritas inducitur ab Apostolo ad Hebræos scribente ad litteram de Christo. Quod sic patet, quia Apostolus intendit probare, quod Christus est maior Angelis. Talis probatio non potest fieri per sensum mysticum, vt ex mente sancti Augustini supradictam est contra Vincentium. Et sic intelligitur de Salomone minus perfecte, de Christo autem perfectius, qui fuit Filius Dei per naturam. Licet vtraque expositio sit litteralis simpliciter, secunda autem, quæ est de Christo, est mystica secundum quid, in quantum Salomō fuit figura Christi.

1. Paralip.  
cap. 17.

Ad Hebr. 1.

Quar-

Quarta regula est de genere; & specie, seu de parte, & toto, cū de vno transit in aliud, & è cōuerso, vt *Isaia 13.* primo loquitur contra Babylonem specialiter cum dicit onus Babylonis, &c. Et transit ad intelligendum verbū de toto mundo generaliter, cum dicit: *A summitate caeli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terrā.* Postea reuertitur ad loquendum contra Babylonem specialiter subdens: *Ecce ego suscitabo super vos Medos, qui argentum non querant, &c.* Quia Darius Medus cum Cyro nepote suo cōcepit Babylonem, & interfecit Balthasarem Regem Babylonis, vt habetur Danielis 5.

Quinta regula est de temporibus, quæ contingit quadrupliciter. Vno modo per synecdochem, quando ponitur pars temporis pro toto, sicut dicitur in Euangelio Christum tribus diebus iacuisse in sepulchro, & tamen prima dies, & tertia non fuerunt integræ, alio modo propter minutias temporis, quæ aliquando computantur, aliquando verò omittuntur. Et secundum hoc, Scriptura sacra loquens de aliquo numero annorum, in pluribus locis ponit plurimos annos dictas minutias computando, & in alio loco illas omittendo. Tertio modo contingit, eo quod computatio annorum incipit à priori termino, in alio verò loco à posteriori, vt in Genesi dictum fuit Abraham: *Semen tuum peregrinum futurum quadringentis annis, & alio in loco dicit: De ista peregrinatione, quod mansio filiorum Israel in terra Egypti fuit quadringentorum triginta annorum.* Quia computatio huius maioris numeri incipit à tempore, quo dictum est Abraham: *Egredere de terra tua.* Computatio autem minoris numeri incipit à natiuitate Isaac, qui fuit triginta annis post egressum Abraham de Aram, vt patet Exodi 12. Quarto modo contingit quando Scriptura sacra loquitur de futuro per modum præteriti, sicut *Isaia 9. Parvulus natus est nobis.* Hoc est ad denotandum certum linem prophetiæ, cuius euentus de futuro est ita certus, sicut iam præterijset. Hoc est, propter certitudinem diuinæ præscientiæ, ex qua fit reuelatio ipsi Prophetæ. Et nota, quod talis modus loquendi, solum habet locum in prophetiâ prædestinationis, non in prophetiâ comminationis, quæ

*Isaia 13.**Genes. 15.**Genes. 12.*

## SEPTIMA ANNOTATIO.

solet mutari secundum ordinem causarum secundarum, v̄t patet in Niniuitis poenitentiam agentibus, quos propter sabuerfio ciuitatis non fuit subsequuta.

Sexta regula est de recapitulatione, & anticipatione, in sancta Scriptura, non semper eodē ordine gesta inscribuntur quo fiunt. Et ideo quando praeponuntur posteriora dicitur anticipatio, quando posponuntur dicitur recapitulatio, vt patet Genesis 10. *De filijs Noe ab ipsis diuisa sunt insula gentium in regionibus suis.* Et cap. 11. dicitur: *Erat autem terra labij vnius, & sermonem eorundem.* Ex quo patet, quod illud praedicitur per anticipationem de diuisione linguarum. Et illud quod dicitur in Genesis: *Ista sunt generationes caeli, & terra dicitur per recapitulationem.*

Septima regula, vel clavis est de diabolo, & eius corpore, vt dicit sanctus Gregorius homil. 10. in Euangelia, certē iniquorum omnium caput est diabolus, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. Et propter connexionē capitis ad membra de vno transit ad aliud in eodem contextu, vt Isaia 14. loquens de Rege Babylonis, qui erat diaboli membrum transit ad loquendum de Principe demonum dicens: *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris?* Et Ezechielis 28. loquens de Principe Tyri transit ad loquendum de diabolo dicens: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, in delitijs Paradisi Dei fuisti.* Quod de Lucifero intelligitur. He sunt septem clauēs, vel regulæ ad intelligendam sacram

Scripturam, quia & si ab aliquibus Doctoribus decem assignentur, in his septem ceterae contineantur, vt legentibus patebit.

## FINIS.

PRIMA TABULA, IN QVA PONUNTUR

omnia capitula huius operis per suum ordinem.

**I**N Primo capite demonstratur, quomodo Prædicator Euangelicus debeat intrare in sanctuarium sacræ Scripturæ, vt veram sapientiam consequatur. Et in quo vera sapientia consistat, à fol. 1. vsque ad fol. 6.

In secundo agitur, quomodo multi qui sacram reuoluunt Paginam, veram sapientiam non assequantur. Et in quo vera sapientia consistit, à fol. 6. vsque ad fol. 10.

In tertio docetur, quod Prædicator charitatem in primis habere debet. Et de eius excellentijs mira dicuntur, à fol. 11. vsque ad fol. 14.

In quarto, delineantur multæ, & variæ virtutes, quibus Euangelicus Prædicator debet ornari, vt sacrum Euangelium debite annuntiet, à fol. 15. vsque ad fol. 19.

In quinto, tractatur de puritate, & cordis munditiâ, quas Prædicator habere debet, ad prædicandam Christi Euangelium, à fol. 19. vsque ad fol. 24.

In sexto, agitur de gratia Dei, & eius mirabilibus effectibus, qui in Prædicatore inueniri debent, vt sancte ministerium suum adimpleat, à fol. 24. vsque ad fol. 29.

In septimo, demonstrantur feruor, & spiritus, quibus Prædicator debet roborari, vt peccatores reprehendere possit, & Reges, & Principes arguere sanctorum Prædicatorum libera autoritate valeat, à fol. 29. vsque ad fol. 35.

In octauo, docetur, quam confusibile sit Prædicatori docere, & non facere, à fol. 35. vsque ad 42.

In nono, intimatur quam magnam utilitatem faciat in Ecclesia Christi Prædicator, qui fecerit, & docuerit. Et quâ magnus sit in Regno cælorum, à fol. 42. vsque ad 49.

In decimo, differitur, quomodo multi Prædicatores huius temporis, potius vanitati, & curiositati studeant, quàm gloriæ Dei, & animarum saluti, à fol. 49. vsque ad fol. 54.

In vndecimo, proponuntur mysteria, quæ Prædicatores maxime debent Euangelizare in suis sermonibus, secundum Christi præceptum, & Apostolorum, Sanctorumque Doctorum doctrinam, à fol. 54. vsque ad 60.

**In duodecimo, assignatur tempus, & matura ætas Prædicatoris, vt debite, & fructuose Euangelium annuntiet, à fol. 60. vsque ad 65.**

**In tertio decimo, depingitur vera imago Euangelici Prædicatoris descripta, ex doctrina sancti Augustini, sancti Gregorij, sancti Bernardi, & sancti Thomæ, à fol. 65. vsque ad 71.**

**In decimo quarto, proponitur maximum premium, quod Deus promittit sanctis Prædicatoribus in cœlesti Regno fruedum, à fol. 71. vsque ad 77.**

*Adduntur ad prædicta capita septem annotationes  
mirabiles.*

**In prima demonstratur, quomodo Prædicator prædictis virtutibus ornatus, debet esse terra Promissionis, quia quæ de illa terra mirabilia dicuntur, in Prædicatore misicè debent reperiri, à fol. 77. vsque ad 83.**

**In secunda declaratur, quomodo Prædicator Euangelicus non solum debeat esse terra Promissionis, sed etiam dicitur Paradisus deliciarum, à fol. 83. vsque ad fol. 85.**

**In tertia docetur, quod non solum Prædicator debet esse terra Promissionis, & Paradisus deliciarum, sed etiam debet apparere in terra quasi alterum cœlum Impireum virtutibus quasi stellis ornatum, à fol. 85. vsque ad 88.**

**In quarta, agitur de tribus animæ inimicis, scilicet, diabolo, carne, & mundo.**

**De diabolo, & eius potentia inuenies, à fol. 88. vsque ad fol. 90. De astutijs, & versutijs eius, à fol. 90. vsque ad 94.**

**Quomodo eius astutię vincantur, à fol. 94. vsque ad 95.**

**In quinta tractatur de carne, & de eius malis, & periculis, & quomodo sit domanda, vt spiritui, deseruiat, à fol. 94. vsque ad fol. 99.**

**In sexta de mundo, & fallatijs eius videbis mirabilia, à fol. 99. vsque ad 102.**

**In septima agitur de diuersis sensibus sacre Scripturæ, & de septē clauibus ad aperienda mysteria, in ea inclusa inuenies, à fol. 102. vsque ad 105.**

TABVLA SECVNDA, IN QVA  
indicantur sacrae Scripturae authoritates, quas san-  
cti Doctores apprime, & ex intentione  
explicant.

*Littera A. indicat paginam primam. B. secundam.*

*Genesis.*

27. **A** Scendebat fons de terra, irrigans uniuersam faciem  
terrae, fol. 33. B.
3. Serpens erat callidior cunctis animantibus terra, fol.  
90. A.
- Deambulabat Dominus ad auram post meridiem, fol.  
83. A.
- Posuit Dominus Cherubim cum gladio versatili, fol.  
85. A.
8. Columba cum non inuenisset, ubi requiesceret pes eius  
reuerfa est ad arcam, fol. 76. A.
12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, fol. 77. B  
& fol. 104. A.
15. Ambula coram me, & ero perfectus, fol. 94. B.  
Semen tuum futurum est peregrinum, fol. 104. A.
23. Emit Abraham duplex sepulchrum, fol. 63. B.
24. Egressus est Isaac in agrum ad meditandum, fol. 2. B.
29. Iacob seruiuit pro Rachele pulchra, & Laban posuit  
Liam Lippam, fol. 100. B.
30. Iacob posuit virgas ante oculos ouium, fol. 45. B.
34. Fratres Dine arreptis gladijs eam extraxerunt, fol. 30.  
A.
38. Comburatur Thamar dixit Iudas, sed postea iustior me  
est, respondit, fol. 36. A.
40. Putiphar coniux, Ioseph alliciebat, fol. 94. B.
41. Constituit illum, super uniuersam terram Aegypti, fol.  
72. B.  
Absque imperio tuo non mouebit quisquam manum,  
vel pedem in tota terra Aegypti, fol. 82.
49. Dentes tui niue candidiores, fol. 23. A.

## Exodi.

- 3 Quis sum ego Domine, vt yadam ad Pharaonem, fol. 63. A.
- 10 Hæc dicit Dominus Hebræorum, fol. 33. A.
- 13 Angelus præcedebat populum in columna ignis, fol. 43. A.
- 17 Moyſes virgam in manum tenens præliauit contra Amalech, & vicit, fol. 96. A.
- 20 Mons Sinai fumigabat, eratque totus terribilis, fol. 55. A.
- 23 Obserua eum, & audi vocem eius, fol. 79. A.
- 25 Forcipes facies ex auro purissimo, fol. 22. B.
- 28 Moyſes prius poſuit tunicam Iacinthinã, quã humerale, fol. 38. B.
- 32 Dele me de libro vitæ, fol. 12. B.

## Leuitici.

- 6 Ignis in Altari meo ſemper ardebit, fol. 86. A.
- 19 Agrum non ſeres diuerſo ſemine, fol. 37. B.
- 26 Apprehendet tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, fol. 3. B.

## Numerorum.

- 11 Quis dabit nobis carnes? recordamur piſcium, fol. 84. B.
- 13 Exploratores terre Promiſſionis terruerunt populum, fol. 38.
- 21 Audiuit Cananeus, quod Iſrael veniret per viam exploratorum, fol. 78. B.
- 22 Quodeumque poſuero in ore tuo, hoc loqueris, fol. 7. A.  
Si dederit mihi Balahc domum ſuam plenam auri, & argenti, non potero immutare verbum Domini, fol. 62. B.
- 34 Ornauerunt Madianitę filias ſuas, & poſuerunt in conſpectu filiorum Iſrael, fol. 93. B.

## Deuteronomij.

- 6 Diliges Dominum Deum tuum, fol. 102. B.  
7 Terram istam possidet Ethæus, Gergeseus, &c. fol. 78. A.  
8 Dominus Deus tuus introducet te in terram fluentē lac-  
te, & melle, fol. 77. B.  
In ista terra inuenitur ficus, oliueta, vinea, & malograna-  
ta, fol. 81. B.  
26 Respiciam vos, & crescere vos faciam, fol. 23. B.  
28 Faciet Dominus cœlum æneum, & terram ferream, fol.  
39. B.  
32 Fel draconum, vinum eorum, fol. 67. A.  
Vtinam saperent, ac intelligerent ac nouissima provide-  
rent, fol. 58. B.  
Impinguatus est dilectus, incrassatus dilatatus, fol. 80. B.  
Constituit eum super excelsam terram, vt sugeret mel de  
petra, oleumque de saxo durissimo, fol. 21. A.

## Iosue.

- 8 Iosue post insignes victorias Ephraim appetens domui suæ  
ruinam parauit, fol. 29. A.  
10 Expulsæ sunt gentes à terra Promissionis per lapides  
grandes, fol. 79. A.  
16 Habitabit Chananeus in medio Ephraim tributarius, fol.  
81. B.

## Iudicum.

- 2 Loquente Angelo, populus fleuit, & immolauit hostias  
Domino, fol. 53. B.  
3 Sangar occidit sexcentos viros Philisteorū vomere suo,  
fol. 52. A.  
Capulus gladij Aiioth longitudinis palmæ fuit, fol. 38. A.  
Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret Is-  
rael, fol. 82. A.  
7 Gedeon lagenas fregit, vt Madianitas vinceret, fol. 44. A.

- 9 Ierunt ligna, vt vingerent saper fe Regem, fol. 102. B.  
 11 Locutus est Iepte sermones suos in Masphar coram Domino, fol. 16. A. & fol. 98. A.  
 15 Sanson in maxilla asini occidit mille Philistæos, fol. 51. B.

### *Ruth.*

- 2 Ruth colligebat spicas post mesores, fol. 52. B.

### *1. Regum.*

- 1 Erat pretiosus sermo Dei illis diebus, fol. 49. B.  
 6 Baccæ portantes arcam non declinabāt, neque ad sinistrā, neque ad dexteram, fol. 72. B.  
 7 Auferte deos vestros Baalim, & Astaroth, fol. 19. A.  
 10 Vixit Samuel Saulem Regem Israel, fol. 15. B. & fol. 16. B.  
 17 David occidit Philistæum in funda, & baculo, non in armis Saul, fol. 52. A.  
 Qui vicerit Philistæum ditabit eum Rex diuitijs multis, fol. 71. B.

### *2. Regum.*

- 7 Non tu ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es, fol. 19. A.  
 11 Si videris Regem indignari, dic etiam, Vrius occubuit, fol. 36. B.

### *3. Regum.*

- 3 Duas meretrices altercantes Salomon iudicauit, mysteriū declaratur, fol. 39. B.  
 7 Vasibus tēpli erāt descriptæ figure leonis, bobis, & Cherubim, expositio habetur, fol. 67. A.  
 13 Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem, fol. 33. B.  
 Ego non conturbo Israel, sed tu, & domus patris tui, fol. 33. B.  
 19 Spiritus grandis, & fortis conterens petras, fol. 27. A.

*5. Regum.*

- 2 Oro Domine, vt fiat duplex spiritus tuus in me, fol. 8. A.  
3 Facite aluam torrentis huius, falsas, & falsas, fol. 9. A.  
9 Gezabel pinxit oculos suos sibiq, fol. 101. A.  
10 Geu vituli aurei colore deceptus est post insignes victo-  
rias, fol. 28. A.

*Paralipomenon primus.*

- 17 Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filiū, fol. 103. B

*Liber Iob.*

- 1 Nudus egressus sum de vtero matris meæ nudus, & reuer-  
tar, fol. 93. A.

- 9 Qui facit interiora Austri, fol. 83. A.

- 20 Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidū, fol. 37. A.

- 28 Sapiētis, vbi inuenitur, abysus dicit nō est in me, fol. 9. A  
& fol. 18. B.

Spiritus Domini ornauit cœlos, fol. 18. A.

- 31 Ignis est vsque ad consumationem deuorans, fol. 97. A.

- 40 Si habes brachium sicut Deus, & simili voce tonas, fol.  
18. A.

Memento bellī, & desine loqui, fol. 95. B.

Eccc absorbebit fluuium, & non mirabitur, fol. 89. B.

- 41 Ipse est Rex super omnes filios superbiæ, fol. 18. B.

Non est potentia super terram, quæ valeat ei comparari,  
fol. 89. B.

Sub ipso erant radij Solis, fol. 23. B. & fol. 41. B.

*Tabiæ.*

- 6 Piscis volebat deuorare Tobiam, fol. 94. B.

- 8 Asmodeus occidit maritos Saræ, fol. 98. A.

*Liber Psalmorum.*

- 1 Beatus vir, qui in lege Domini meditatur die, ac nocte,  
fol. 1. A.

- 2 Prædicans præceptum Domini constitutus est in monte  
sancto eius, fol. 73. B.

- 7 Exurge Domine in præcepto quod mandasti, fol. 44. B.  
Arcum suum tetendit, & parauit illum, fol. 32. B.

- 10 Dominus in cœlo parauit sedem suam, fol. 85. B.

- 11 Eloquia Domini, eloquia casta, fol. 50. A.

- 12 Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mor-  
te, fol. 24. B.

- 13 Defecit sanctus de terra, fol. 76. A.
- 17 Ignis à facie eius exarsit, fol. 31. A.  
Miserit sagittas suas, & dissipauit eos, fol. 56. A.
- 18 In sole posuit tabernaculum suum, fol. 86. B.  
In custodiendis illis retributio multa, fol. 18. B.
- 20 Desiderium cordis eius tribuisti ei Domine, fol. 73. A.  
Magna est gloria eius in salutaris tuo, fol. 73. A.
- 24 Oculi mei semper ad Dominum, fol. 27. B. & 83. A. & 94. A.
- 28 Vox Domini præparantis ceruos, fol. 58. B. & fol. 75. A.  
Vox Domini intercidentis flammam ignis, fol. 75. A.
- 30 Abscondes eos à conturbatione hominum, fol. 86. B.
- 31 Nolite fieri sicut equus, & mulus, fol. 99. A.
- 32 Verbum Domini ornauit cælos, fol. 35. A.
- 33 Benedicam Dominum in omni tempore, fol. 86. A.
- 36 Misæueti hereditabunt terram, delectabuntur in multitudine pacis, fol. 80. B.  
Fac bonitatem, & inhabitabit terram, & pascetur in diuitijs eius, fol. 80. B.
- 37 Detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem, fol. 27. A.
- 44 Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis, fol. 70. B.  
Sagittæ tuæ acutæ in corda inimicorum Regis, fol. 30. B.
- 45 Annuntiauerunt opera Dei, fol. 57. A.
- 47 In spiritu vehementi cœteres naues Tharsis, fol. 30. B.
- 49 Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iniustitias meas, fol. 36. A.
- 50 Auerte faciem tuam à peccatis meis, fol. 22. A.  
Cor mundum crea in me Deus, & quæ sequuntur, fol. 70. A.
- 63 Annuntiauerunt opera Dei, fol. 30. B. & 58. A.  
Narrantes, ut absconderent laqueos, fol. 89. A.
- 65 Terribilis Deus in consilijs super filijs hominum, fol. 73. A.
- 67 Magnificentia eius, & virtus eius in nubibus, fol. 58. A.  
Si dormistis inter medios clericos, fol. 2. A.
- 68 Zelus domus tuæ comedit me, fol. 48. B.
- 73 Contribulasti capita draconis in aquis, fol. 58. A.

- 75 Dormierunt seruum suum, & nihil inuenerunt in mani-  
bus suis, fol. 100. A.
- 83 Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, fol. 24.  
B.
- 99 Angelis suis Deus mandauit de te, fol. 79. B.
- 93 Quis confurget mihi aduersus malignantes, & quis stabit  
mecum aduersus operantes in iniquitatem, fol. 7. B. &  
fol. 26. B.
- 103 Rigans montes de superioribus suis, fol. 9. A. & fol. 69.  
A.  
Emitte spiritum tuum, & creabuntur, fol. 83. B.  
De medio petrarum dabunt voces, fol. 16. A.
- 104 Eloquium Dei inflammavit eum, fol. 31. A.
- 105 Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, fol. 81. B.
- 106 Contriuit portas ferreas, & vectes æneos confregit, fol.  
32. A.
- 118 Da mihi intellectum, scrutabor legem tuam, fol. 2. A.  
Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, fol. 4. A.  
Oculi mei defecerunt in eloquium tuum, fol. 4. A.
- 126 Vanum est vobis ante lucem surgere, fol. 45. B.
- 129 Ecce non dormitabit, neque dormiet, fol. 92. B.
- 136 Super flumina Babilonis, fol. 85. A.  
Adhæreat lingua mea faucibus meis obliuioni detur dex-  
tera mea, fol. 36. B.
- 143 Filia eorum compositæ circum ornatae, sicut similitudo  
templi, fol. 50. B.
- 144 Generatio, & generatio laudabit opera tua, fol. 60. A.
- 147 Emittet viscerum suum, & liquefaciet ea, fol. 31. A.
- 149 Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis,  
fol. 34. B.

*Prouerbiorum.*

- 1 Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, fol. 94. B.
- 3 Beatus homo, qui inuenit sapientiam, fol. 2. B. & fol. 8. A.  
Sapientia est lignum vitæ, fol. 10. A.
- 4 Posside sapientiam, & exaltabit te, fol. 73. A.
- Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita pro-  
cedit, fol. 87. B.
- 5 Lætatur sapiens in sententia oris sui, fol. 92. A.

- 8 Interdum homo homini dominatur in malum suū, fol. 101. B.
- 14 Risus dolor e miscetur, fol. 100. B.
- 15 Secura conscientia quasi iuge conuiuium, fol. 29. A.
- 16 Fauus melis in ore leonis mortui, fol. 37. A.
- Cum placuerit Domino via hominis, inimicos eius conuertet ad pacem, fol. 47. B.
- 24 Septies cadit iustus in die, fol. 83. A.
- 25 Ventus Aquilo dissipat nubes, fol. 41. B.
- 28 Beatus homo, qui semper est pauidus, fol. 27. B.
- Fugit impius nemine persequente, fol. 58. A.
- 30 Quid dilectē mi? quid fili vteri mei, fol. 68. B.

*Ecclesiastes.*

- 1 Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, fol. 100. B.
- 7 Noli nimium esse iustus, fol. 28. A.
- 11 Mitte panem tuum super transeuntes aquas, fol. 71. B.
- 12 Verba sapientium quasi stimuli, fol. 32. A.

*Liber Sapientia.*

- 2 Probata virtus corripit insipientes, fol. 61. A.
- 3 Sapientia est lignum vitæ, fol. 5. A.
- 5 Iusti in perpetuum viuent, fol. 73. B.
- 7 Venerunt mihi pariter omnia bona cum illa, fol. 25. A.
- Opraui, & datus est mihi sensus, fol. 10. B.
- 8 Habebis claritatem ad turbas, & facies Principum mirabuntur te, fol. 76. B.
- 9 Corpus quod corrumpitur agrauat animam, fol. 27. B.
- Nescit homo vtrum amore, vel odio dignus sit, fol. 27. B.

*Canticorum.*

- 1 Osculetur me osculo oris sui, fol. 103. A.
- Nigra sum, sed formosa, fol. 103. B.
- Sicut pelles Salomonis sicut tabernacula Cedar, fol. 103. B.
- 2 Donec aspiret dies, & declinentur vmbra, fol. 85. B.

4 Surge Aquilo, veni Anser perfla hortum meum, fol. 83.  
B.

Sicut vitta coccinea labia tua, fol. 32. A.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascendunt de labro, fol. 23. A.

5 Oculi tui sicut columbæ, quæ resident desuper riuos aquarum, fol. 4. A. & fol. 94. A.

Descendat dilectus ad areolam aromatum, fol. 5. B.

Labia eius stilantia mirram primam, fol. 32. A.

Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, fol. 32.  
B.

Puteus aquarum viventium, quæ fluunt cum impetu de Libano, fol. 84. B.

Fuge dilecte mi assimulare capræ hianuloque ceruorum, fol. 4. B.

*Ecclesiastici.*

6 Sapientia, & doctrina secundum nomen eius, non est multis manifesta pulchrè, explicatur, fol. 9. B.

7 Noli querere fieri index, nisi virtute valeas irruere iniquitates, fol. 76. B.

10 Si spiritus potestate in habentia ascenderit super te, ne derelinquas locum tuum, fol. 29. B.

Quid superbis terra, & cinis, fol. 94. A.

21 Non erudietur, qui non est sapiens in bono, fol. 3. A.

24 Qui elucidant me vitam æternam habebunt, fol. 48. B. & fol. 71. A.

31 Fecit mirabilia in vita sua, fol. 43. B.

32 Ne despicias hominem auertentem se à peccato suo, fol. 64. A.

37 Vigilia honestatis tabesceat carnes, fol. 96. B.

Nisi in timore Domini instanter te teneris statim suberetur domus tua, fol. 91. A.

39 Sapientiam antiquorum exquiret sapiens, fol. 3. A.

40 Omnis quam amara est memoria tua homini possidenti diuitias, fol. 100. B.

45 Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis, fol. 39. B.

51 Liberasti corpus meum à perditione, & in medio ignis nis, non sum stuarta, fol. 27. A.

*Isaias.*

- 1 Omne caput languidum, & cor merens, fol. 39. A.  
3 Viam tuam mixtum est aqua, fol. 50. B.  
Ecce Dominus exercituum auferet ab Hierusalē, & Iu-  
da omne robur panis, fol. 51. A.  
5 Et mandabo nubibus meis, ne pluant super terram, fol.  
50. B.  
Non est deficiens, nec laborans, fol. 89. B.  
6 In anno quo mortus est Ozias vidit Isaias Dominum, fol.  
3. B.  
Ecce ego Domine mirte me, fol. 63. A.  
Væ mihi, quia tacui, & vir labijs polutus sum, fol. 22. A.  
13 Ous Babilonis, fol. 104. A.  
Obscuratus est Sol, fol. 41. A.  
Syrenæ in delubris voluptatis, fol. 57. B.  
14 Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris, fol. 104.  
A.  
16 Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, fol. 13. A.  
30 Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, fol. 45. A.  
35 Beatus qui excutit manus suas ab omni munere, fol. 92. B.  
40 Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas Siō,  
fol. 16. B.  
Quam pulchri pedes prædicantium pacem annuntiantia  
bonæ, fol. 20. B.  
41 Ego posuit te quasi plaustrum nouum tritarans montes,  
fol. 31. B.  
49 Posuit me quasi sagittam electam, fol. 32. B.  
56 Canes muti non valentes latrare, fol. 62. A.  
58 Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam, fol. 44. B.  
& 56. B.  
59 Ecce manus Domini non est abbreviata, fol. 22. B. & fol.  
70. B.  
61 Misit me Dominus prædicare annum placabilem Domi-  
no, fol. 55. A.  
Induit me vestimentis salutis, fol. 103. A.

*Hieremia.*

- Ecce dedit verba mea in ore tuo, fol. 30. A.

- 1 A. A. A. Domine nescio loqui, fol. 63. A.  
 3 Confusio comedit fructum patrum nostrorum, fol. 36. B.  
 8 Nullus est qui agat pœnitentiam de peccato suo, fol. 48.  
 A. & 76. A.  
 15 Si separaberis pretiosum à vili, fol. 39. A. & fol. 71. A.  
 23 Non mittebam eos, & ipsi currebant, fol. 62. A.  
 33 Factum est verbum Domini quasi carnea musicum, fol.  
 58. B.  
 78 Date flores Moab, date flores Moab, fol. 59. A.

*Tbrenoram.*

- 2 Prophetę tui non aperiebant tibi iniquitatem tuam, fol.  
 44. A.  
 4 Candidiores niue, nitidiores lacte, fol. 23. A.  
 Quomodo obscuratam est aurum mutatus est color opti-  
 mus, fol. 23. A.

*Ezechiel.*

- 2 Liber in quo erant scripta carmina lamentaciones, & vñ,  
 fol. 56. A.  
 3 Comede volumen istud, fol. 37. A.  
 Ego adhærere faciam linguam eius palato eius, fol. 36. B.  
 10 Cum ambularent animalia, ambulabant pariter, & rotę,  
 fol. 43. B.  
 18 Nolo mortē peccatoris, sed vt magis conuertatur, & vi-  
 nat, fol. 85. A.  
 36 Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneū.  
 34 Pascam eas in pascuis vberianis in montibus Israel, fol. 8  
 46. A. & fol. 73. B.  
 41 Terra vsque ad fenestras, & fenestrę clausę erant, fol. 41.  
 B.

*Danielis.*

- 2 Statua içta lapidis percussa corrui, fol. 52. A.  
 3 Diuersos sonos sambucę, citharę, sistrię, fol. 57. B. & 99.  
 B.  
 Ad sonitum sambucę, citharę populi cadentes statuam  
 adorabant, fol. 48. A.

Angelus Domini descendit de celo, & excussit flammam ignis, fol. 79. B.

4 Eijcient te ab hominibus, & cum bestiis erit habitatio tua, fol. 35. A.

5 Purpura vesti eris, & torquem auream circa colum habebis, fol. 71. B.

Munera tua, ó Rex, sint tibi, & dona domus tuæ alteri da, fol. 62. B.

9 Daniel vir desideriorum vocatur, fol. 3. B.

12 Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, fol. 71. A.

*Oseas.*

4 Mandatum, homicidium, adulterium inundaerunt super terram, fol. 40. B.

Peccata populi mei comederunt, fol. 62. B.

8 Seminaerunt ventum, & turbinem collegerunt, fol. 50. A.  
In guttore tuo sit ruba, fol. 57. A.

Ipsi regnaerunt, & non ex me Principes stiterunt, & non cognoui, fol. 101. A.

Alieni comederunt robur eius, fol. 51. B.

10 Seminate vobis ad iustitiam, fol. 4. A.

11 Israel puer meus, & dilexi eum, fol. 103.

13 Perditio tua Israel ex te, fol. 25. B.

*Iobelis.*

1 Expergicimini ebrij, fol. 56. B.

Ignis comedit speciosa deserti, fol. 35. A.

3 Sol in tenebras conuersus est, fol. 41. A.

*Michea.*

3 Ego repletus sum spiritu Domini zelo, & feruore, fol. 2. B. & fol. 30. A.

5 Et dies eius ab egressu æternitatis, fol. 56. B.

*Zacharia.*

3 Dicite ad Iesum Filium Iosedech, fol. 47. A.

*Abacuch.*

3 Percussit caput de domo impij, fol. 16. A.

*Secundus Machabeorum.*

15 Singulos armavit non clipei, & hastæ munitione, sed feræ monibus obtimis, fol. 75. B.

Accipe sanctum gladium vnus à Deo, fol. 75. B.

*Matthæi.*

- 4 Scriptura est non de solo pane viuit homo, fol. 94. A.  
5 Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant Patrem  
vestrum, fol. 92. A.  
Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, fol. 40. A. & fol.  
38. B. & 44. B.  
Beati pauperes spiritu, fol. 15. A.  
7 Docebat populus Iesus quasi potestatem habens, fol. 45. B.  
10 Nolite possidere aurum, neque argentum, fol. 21. A.  
Timeete Deum, qui potest corpus, & animam mittere in  
gehennam, fol. 59. A.  
15 Ex corde exeunt cogitationes malæ, fornicationes, &  
adulteria, fol. 87. B.  
18 Si manus tua scandalizat te abscinde eam, fol. 102. B.  
23 Væ vobis Scribæ, & Pharisei, qui clauditis Regnum cœ-  
lorum, fol. 38. B.

*Marcii.*

- 2 Christus iuuenudum spiritum prohibuit predicare, fol.  
38. A.  
6 Non licet tibi fratris tui habere vxorem, fol. 35. A.

*Lucæ.*

- 1 Conuertet corda patrum in filios, fol. 60. B.  
Ipse præcedet illum in spiritu, & virtute Eliæ, fol. 31. B.  
Exurgens Maria abiit in montana, fol. 45. B.  
3 Spiritus Sanctus in columbæ specie descendit super Ie-  
sum, fol. 53. A.  
Factum est verbum Domini super Ioannem, fol. 60. B.  
4 Medice cura te ipsum, fol. 64. A.  
5 Per totam noctem laborantes, nihil cepimus, fol. 46. B.  
6 Quotquot tangebant illum sanabantur, fol. 24. B.  
10 Qui vos audit, me audit, fol. 15. A.  
Neminem per viam salutaueritis, fol. 21. B.  
Maria audiebat verbum illius, fol. 72. A.  
11 Petite, & accipietis, fol. 47. A.  
Lucernæ ardentes, fol. 7. B.  
Omne Regnum in se diuisum desolabitur, fol. 19. B.  
12 Anima mea habes multa bona requiesce, & epulare, fol.  
100. B.  
15 Disipavit bona sua viuendo luxuriose, fol. 97. A.

116 Testetur illis, ne veniant in locum tormentorum, fol. 60. B.

18 Quę alta sunt Deo, humilia sunt hominibus, fol. 64. B.  
Ieiuno bis in Sabato, non sum sicut ceteri hominum, fol. 91. A.

Cum feceritis hæc omnia dicite, quia serui inutiles sumus, fol. 91. B.

24 Aperuit eis sensum Scripturarum, fol. 3. B.

*Ioannis.*

4 Dabo ei aquam salientem in vitam eternam, fol. 25. B. & fol. 83. B.

5 Erat Ioannes lucerna ardens, & lucens, fol. 43. A.

6 Sequebatur eum populus, quia videbat signa, quę faciebat, fol. 45. A.

Quo ibimus, quia verba vitę habes, fol. 32. B.

In me manet, & ego in eo, fol. 83. A.

12 Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum, fol. 47. & 48. B.

13 Iudas fur erat, & oculos habebat, fol. 97. B.

Prædicator debet turbari cum Iesu super suscitationem Lazari quadriduani, fol. 7. B.

*Ad Romanos.*

1 Qui alium doces, te ipsum non doces, fol. 36. A.

Obscuratum est cor eorum, fol. 6. A.

2 An diuitias bonitatis eius contemnis? fol. 33. A.

3 Ad ostensionem suę iustitię, fol. 14. B.

7 Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, fol. 82. A.

8 Qui proprio filio non pepercit, fol. 14. A.

Quis separauit nos à charitate Christi, fol. 12. B.

12 Vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuam, fol. 44. A.

Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, fol. 8. B. pulchrè explicatur.

14 Nox præcepsit, dies autem appropinquauit, fol. 1. B.

*1. Corinthiorum.*

2 Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanę sapientię verbis, sed in spiritu, & virtute Dei, fol. 51. A.

Non enim iudicauim aliquid scire inter vos, nisi Iesu Christum, fol. 14. A.

Animalis homo non percipit, quæ Dei sunt, fol. 76. B.

Nec oculus vidit, nec auris audiuit, fol. 72. A.

3 Qui super ædificat super hoc fundamentum aurum argē-  
tum, & lapides pretiosos, fol. 74. A.

4 Expēt aculum facti sumus mundo, & Angelis, & homini-  
bus, fol. 18. A.

2 Si vobis spiritualia seminamus, quid si vestra temporalia  
metamur, fol. 21. B.

Væ mihi si non euangelizauero, fol. 56. A.

Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cura  
alijs prædicauero ipse reprobus efficiar, fol. 15. A.  
& 96. B.

Factus sum omnia omnibus, vt omnes lucrificerem, fol.  
61. B.

13 Charitas paciens est, benigna est, fol. 11. A.

Factus sum, vel vt cimbalum tinniens, & æs sonans, fol. 7.  
A. & fol. 14. A.

Si linguis hominum loquar, & Angelorum, fol. 7. A.

15 Non sum dignus vocari Apostolus quoniam persecutus  
sum Ecclesiam Dei, fol. 15. B.

### 2. Corinthiorum.

3 Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, fol. 18. A.

Quid habes, quod non accepisti, fol. 27. A.

4 Seiplos prædicantes non Iesum Christum, fol. 49. A.

Adulterantes verbum Dei, fol. 50. A.

Pro Christo legatione fungimur, fol. 50. A.

5 Charitas Christi vrget nos, fol. 14. A.

Obsecro vos pro Christo reconciliamini Deo, fol. 69. A.  
& fol. 71. A.

6 Hortamur vos, ne in vacuam gratiam Dei recipiatis, fol.  
33. A.

8 Scientia inflat, fol. 7. B. & 64. A.

10 Qui stat, videat ne cadat, fol. 89. B.

Timeo, ne sicut serpens Euam seduxit, si corrumpantur  
sensus vestri, fol. 90. B.

### Ad Galatas.

8 Ego plantavi, Apolo rigauit, Deus autem incrementum  
dedit, fol. 46. B.

- In faciem respicit ei, quia reprehensibilis erat, fol. 69. A.  
 4 Abraham habuit duos filios, fol. 102. B.  
 5 Fructus spiritus, charitas gaudium pax, fol. 84. A.  
 Manifesta sunt opera carnis fornicatio immunditia, &c.  
 fol. 84. B.

*Ad Ephesios.*

- 3 Christum per fidem habitare in cordibus nostris, fol. 66.  
 A.  
 5 Surge qui dormis, & exurge à mortuis, fol. 56. B.  
 6 Nō est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem,  
 sed aduersus Principes, & Potestates, fol. 88. B.

*Ad Philipenses.*

- 3 Nostra conuersatio in caelis est, fol. 15. A.  
 Vnum autem, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ prio-  
 ra sunt me extendo, fol. 86. B.  
 4 Gaudete semper, iterum dico gaudete, fol. 86. B.

*1. Ad Thimoteum.*

- 1 Charitas de corde puro, & conscientia bona, fol. 12. A.  
 3 Nemo adolescentiam tuam contemnat, fol. 62. A.  
 4 Attende lectioni, & exortationi, fol. 36. A.  
 Attende tibi, & doctrinæ, fol. 3. A. & fol. 36. A.  
 6 Habentes alimenta, & quibus tegamur, fol. 15. A.

*2. Ad Thimoteum.*

- 2 Nonit Dominus qui sunt eius, fol. 65. A.  
 Sollicite cura te probabilem operarium exhibere, fol. 37.  
 B.  
 Vaniloqua, & prophana deuitz, fol. 50. B.  
 3 Semper discentes, sed nunquam ad scientiam veritatis  
 peruenientes, fol. 6. B.  
 4 Testificor coram Deo, & Christo Iesu, fol. 55. A.  
 Prædica verbum, in sua opportunè, importunè, fol. 65. A.

*Ad Titum.*

- 3 Hæc loquere, & exhortare, fol. 65. B.

*Ad Hebræos.*

- 1 Tanto melior Angelis effectus, fol. 103. B.

- 4 Sermo Dei viuus, & efficax, fol. 31. A. & 74. A.  
 9 In arca erant virga, Manna, & tabulæ legis, fol. 34. A.  
 10 Horribile est incidere in manu Dei viuentis, fol. 33. A.  
 13 Optimum est gratia stabilire cor, fol. 19. A.

*Acta Apostolorum.*

- 2 Petrus vna die conuertit tria millia hominum, fol. 22. A.  
 4 Si iustum est potius vos audire quam Deum iudicate, fol.  
 33. B.  
 5 Cur tentauit Sathanas cor tuum Ananias, fol. 93. A.  
 7 Dura ceruice, & incuruacifis cordibus, fol. 33. B.  
 9 Domine quid me vis facere, fol. 26. A.  
 10 Præcepit nobis Iesus prædicare, quoniam ipse est iudex  
 viuorum, & mortuorum, fol. 54. B.  
 20 Attendite vobis, & gregi, in quo vos posuit Spiritus Sã-  
 ctus, fol. 54. A.  
 23 Percutiat te Deus paries dealbate, fol. 33. B.

*Iacobi.*

- 1 Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, fol. 53. B.  
 3 Non est ista sapientia desursum descendens à Patre lu-  
 minum, sed terrena, animalis, diabolica, fol. 9. B.  
 5 Si quis ex vobis errauerit, & conuerterit, quis eum, fol.  
 72. A.

*1. Petri.*

- 5 Seniores obsecro, pascite qui in vobis est gregem Domi-  
 ni, fol. 69. A.  
 Sobrii estote, & vigilate, fol. 88. B.  
 Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, fol.  
 103. A.

*2. Petri.*

- 1 Per quem nobis maxima, & pretiosa donauit, fol. 25. A.

*Prima Iohannis.*

- 2 Omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis,  
 aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, fol.  
 57. A.  
 4 Totus mundus in maligno positus est, fol. 56. A.

- 2 Habeo aduersum te pauca, fol. 64. B.
- 3 Ut emat sibi aurum, ignitum, & probatum, fol. 25. A.
- 4 Ego sto ad ostium, & pulso, fol. 26. A.
- 4 De throno procedebant voces, & tonitrua, fol. 57. A.
- 5 Animalia plena oculis ante retro, fol. 42. B.
- 5 Vicit leo de Tribu Iuda, fol. 103. A.
- 6 Vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus, & foris, fol. 102. A.
- 6 Sol factus est niger sicut sacco cilicinus, fol. 41. A.
- 7 Pars tertia Solis percusa est, fol. 41. A.
- 11 Ignis exiet de ore eorum, fol. 31. B.
- 12 Mulier amicta Sole, fol. 43. A.
- 14 Vidit septem Angelos habentes citharas in manibus suis, fol. 55. B. Et acceperunt septem phialas plenas iracundia Dei, & effuderunt super terram, ibid.
- 14 Timete Deum, & date illi honorem, quia propinquat ora iudicij eius, fol. 59. B.
- Angeli habentes citharas cantabant canticum nouum, fol. 86. B.

## Laus Deo.

*Omnia correctioni sancte Matris Ecclesie  
libenter submitto.*

